



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

Libri Primi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)





D. IOANNIS DAMAS-  
SCENI PARALLELA:



DE AETERNA SANCTÆ ET CONSVBSTAN-  
tialis Trinitatis diuinitate: & quòd vnus sit rerum omnium Deus.

CAPVT I.

A



IXIT DEVS: Faciamus hominem ad imaginem *Gen. 1.*  
& similitudinem nostrā. Dixit Deus: Ecce Adam 3  
factus est vt vnus ex nobis. Venite, descendamus *Cap. 11.*  
& confundamus linguam eorum, vt non audiat v-  
nusquisque vocem proximi sui.

Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus *Deut. 6.*  
est. Videte quòd ego sim: & non sit alius Deus 32  
præter me?

Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præ- *Psalm. 17.*  
ter Deum nostrum? Verbo Domini coeli firmati 32  
sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Deus 73

B

autem rex noster ante secula. Non est similis tui in Diis Domine: & non est se- 85  
cundum opera tua. Deus refugium factus est nobis à generatione in generatio- 89  
nem. Regnum tuum regnum omnium seculorum, &c. 144

Factum est in anno quo mortuus est rex Osias, vidi Dominum sedentem in *Esai. 6.*  
folio excelso, & eleuato. Et plena erat domus gloria eius. Seraphin stabant super  
illud. Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Et duabus velabant facies suas, & duabus vola-  
bant. Et clamabant alter ad alterum, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus  
Deus sabaoth. Plena est omnis terra gloria eius.

Ego Dominus primus, & nouissimus ego sum. Scitote & credite mihi, & in- 41. 43  
telligite, quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.  
Ego sum, ego sum Dominus, & non est vltra me Saluator.

C

Hæc dicit Dominus Deus rex Israël, & redemptor eius, dominus exercituum. 23  
Ego primus, & ego nouissimus: & absque me nõ est Deus. Quis sicut ego? Vo-  
cate: & annunciet. Et præparet mihi ex quo feci hominem in secula: & quæ vétu-  
ra sunt, antequam veniât, exponat mihi. Ego Dominus: hoc est nomen meum. 42  
Gloriam meam alteri non dabo, & gloriam meam sculptilibus.

Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus. *Hier. 10.*  
Hic est Deus noster: & non æstimabitur alius aduersus eum. *Baruc. 3.*

Regnum eius regnũ sempiternũ: & potestas eius in generatione & generatione. *Dan. 3.*  
Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli. *Mat. 3.*  
Et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbã, & venientem super se. Et ecce  
vox de cœlo, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

Stephanus autem cum esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlũ, vidit glo- *Act. 7.*

A



D. IOAN. DAMASCENI

riam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et dixit: Ecce vidéo coelos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei.

I. Cor. 8.

Nullus est Deus nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicantur Dij, siue in coelo, siue in terra: nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: & vnus Spiritus sanctus, in quo omnia, & nos ex ipso.

Basil. De fide.

OMNIA peragrans, atque cogitatione supra res conditas teipsum erigens, vlteriúsque mentem atollens, diuinam naturam cogita, stabilem, ab omni mutatione atque conuersione & perpeffione remotam, simplicem, compositionis ac diuisionis expertem, lumen inaccessum, potentiam omní oratione præstantiorem, magnitudinem nullis terminis definitam, gloriam insigniter rutilantem, bonitatem expetendam, singularem pulchritudinem, quæ quæ sauciatam quidem animam maiorem in modum perstringat, Verum nullis verbis pro dignitate declarari possit. Illic Pater, illic Filius, illic Spiritus sanctus, increata natura, herilis auctoritas, naturalis bonitas. Pater, omnium origo atque auctor est, Vitæque præditorum radix, vnde prodiit fons Vitæ; sapientia, potentia, imago prorsus similis inuisibilis Dei. Sex patre genitus filius, viuens Verbum, qui Deus est & est apud Deum, non aduentitius, ante secula existens non postea acquisitus, filius non quiddam conditum, factor non quiddam factitium, creator non quiddam creatum, omnia existens quæ Pater est. Filius & Pater, dixi: fac istas proprietates serues. Filietatem igitur retinens, cuncta est quæ Pater: iuxta ipsammet Domini Vocem, dicentis, Omnia quæ Pater habet, mea sunt. nam proculdubio imago gignis sunt ea omnia, quæ primariæ formæ insunt.

Nazian.

Vnam, eandemque breuem & compendiariam Vocem eloquar. Trinitas Verè Trinitas est, fratres. Trinitas porò non disparium rerum enumeratio est, Verum equalium & parem dignitatem habentium comprehensio: vocabulo nimirum ea copulante, quæ natura copulata sunt, nec per fluxum numerum ea dilabi sinente, quæ hanc rationem habent, vt solui nequeant.

Nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & vnus Spiritus sanctus, in quo omnia.

Nazian.

Orat. in sancta Luce

mina.

Deus lumen summum & inaccessum est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione præditam illustrans, hoc inter ea quæ mente prædita sunt, quod sol inter ea quæ sub sensum cadunt, eò se magis contemplandum nobis præbens, quò accuratius animos purgamus, eò rursus magis amandum, quò magis eum contemplamur, eò denique magis cognoscendum, quò maiore ipsius amore flagramus: sese ipse speculans & comprehendens, ac per exiguè ad externa diffundens.

Orat. in laudib.

Athan.

Quod sensilibus rebus est sol noster, hoc mente præditus est Deus. Ille enim mundum hunc aspectabilem collustrat: hic inuisibile. Ille corporis oculos ita afficit, vt lumen ipsius intueri possint: hic mentes diuinas reddit. Atque vt ille, cum & ijs, quibus cernendi facultas tributa est, & ijs, quæ in aspectum cadunt, hanc vim afferat, vt & illi videre, & hæc visu percipi possint, interim tamen ipse omnia, quæ oculis subiecta sunt, pulchritudine antecellit: eodem modo Deus, cum tã ijs, quæ intelligentia vtuntur, quam quæ mente & intellectu comprehenduntur, hoc afferat, vt & illa intelligant, & hæc intelligentia percipiantur, ipse tamen intelligibilium omnium summus est Vertex, in quo desiderium omne subsistit ac desigitur, nec supra vsquam fertur.

Chrysof.

Ob eam causam etiam in Baptismo Trinitas adhibetur. Siquidem Pater totum efficere potest, Filiusque item, & Spiritus sanctus. Verum quia de Patre nemo erat qui ambigeret, cum contra de Filio & Spiritu sancto controuersia esset, idcirco vtriusque horum nomen in sacrosancta initiatione assumptum est, vt in subministracionis arcanorum illorum bonorum societate, dignitatis quoque societatem intelligamus.

Epiphan.

in Anch.

Sanctus, sanctus, sanctus. Non dicunt, Sancti, sancti, ne, quod singulare est, nominibus multiplex reddant, atque vt trium numerum non occultent: Verum ter quidem sanctitatem tribuunt, ceterum vno eodemque modo ac singulariter sermonem proferunt, in plures Deos



A nominent. Vnus enim Deus est Pater in Filio, Filius in Patre, cum Spiritu sancto. Ob idque sanctus in sanctis requiescens, Pater verus personaliter existens, Filius verus personaliter existens, Spiritus sanctus verus personaliter existens. Tres sunt, sed vna diuinitas, vna essentia, vna glorificatio, vnus Deus. Filium nominasti. Vna quoque Trinitate mente complexus es. Habuisti Spiritum sanctum? Paterna potentia, & Filio donatus es. Patrem gloria affectisti? Filium & Spiritum sanctum significasti. Non tamen istud per confusionem ac permutationem. Pater enim Pater est, Filius Filius, Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. At Trinitas ab vnitatem & identitate minime semota est.

O Trinitas sancta sub numerum cadens, Trinitas vno nomine comprehensa! Non enim dicitur vnitatem vel diuitas, nec vnitatem & vnitatem, sed Trinitas in vnitatem, & vnitatem in Trinitate, vno videlicet atque eodem modo & nomine. Vnus Pater in Filio, Filius in Patre, cum Spiritu sancto.

Vna est gloria Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Gloriam enim meam, inquit, alteri non dabo. Non enim secundus Deus est Filius, sed Verbum vnus ac solius Dei, qui in Patre Deus esse predicatur, quemadmodum & Pater in Filio: velut etiam Esaias ait, dum Filium vna cum Patre Deum proficitur, Adorabunt te, & in te orabunt: quoniam in te Deus Israel saluator. Confundetur & exybescent omnes qui ipsi aduersantur, nec ipsum confitentur, nec Spiritum ipsius eiusdem cum Patre essentiam esse, nec prater eum Deum alium non esse.

Non ita est: non, inquam, ita. Non est procreata Trinitas, sed sempiterna, & vna in Trinitate deitas, & vna sancte Trinitatis gloria. Et vos eo audacia prorumpitis, vt eam in diuersas naturas scindatis? Vni Deo Meum dicere conuenit. Ad ipsum enim duntaxat verè omnia pertinent.

QVOD DEVS VITARI NEQVEAT?

quodq; omnia inspiciat, nec quicquam ipsum lateat.

CAPVT II.

D **N**ON EST qui eripiat de manibus meis. Consector est operum manuum hominum: nec eum quicquam ex his quae faciunt latet.



Dominus omnia cernit: comprehendens magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. *Iob. 5.*

Quis est iste, qui celat me consilium, & continet verba in corde: me autem abscondere putat? *42.*

Scrutans corda & renes Deus. Excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta longe cognoscit. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? *Psal. 7. 137. 138.*

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda hominum? In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos? *Pro. 15.*

E Deus è vicino ego sum, & non Deus de longè? Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? Nunquid non coelum & terram ego impleo, dicit Dominus? *Hier. 23.*

Deus reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. *Dan. 2.*

Hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec prateriet illum corripiens iudicium. Renum illius testis est Deus, & cordis ipsius scrutator verus, & linguæ eius auditor. Manum tuam effugere impossibile est. *Sap. 1. 26.*

Oculi Domini multo lucidiores sunt super solem, circumspectantes omnes vias hominum. Cognouit Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum æui, annuncians quæ praterierunt, & quæ superuentura sunt, & reuelans vestigia occultantia. *Eccle. 23. 42.*



torum. Non praterit eum vlla cogitatio, non abscondit se ab eo vllus sermo. Magnalia sapientiae suae decorauit, qui est ante seculum & vsque in seculum. Non increuit nec decreuit. Opera omnis carnis coram illo sunt: & non est quicquam absconditum ab oculis eius. Quasi lutum figuli in manu illius plasmare, illud & disponere: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. Multa est sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione: & ipse agnoscet omnem operam hominis.

Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax; & penetrabilior omni gladio ancipiti, & per- tingens vsque ad diuisionem animae & spiritus, compagum quoque & medulla- rum, & discretor cogitationum cordis. Et non est creatura inuisibilis coram ipso: omnia autem nuda & aperta oculis eius, ad quem nobis est sermo. G

Basil. Nihil prouidenti & expers est, nihil neglectum apud Deum. Omnia per uigil ille oculus intuetur, omnibus praesto est, salutem unicuique subministrans. Si echinum extra pro- spectum suum & curam Deus non reliquit, an tua non inspectabit?

Nihil ipsum praterit, nihil ipse futurum est, sed omnia praesentia sunt: & quae a nobis longe ante expectantur, tanquam iam praesentia, a diuino oculo perspiciuntur.

Nysen. Qui ubique est, in nulla parte priuatum percipitur, ut qui uniuersum aequè comple- ctatur.

Irenai. Deus certo modo atque ordine cuncta efficit: neque apud eum quicquam mensura caret. quandoquidem nec quicquam numeri expers est. H

Dihymis. Solius diuinitatis est animi cogitationem intueri.

Philon. Omnia impleuit Deus, atque omnia peruasit: nec quicquam inane, atque a se remotum reliquit. Ecquem enim locum quispiam obtinere queat, a quo Deus absit? Etenim ante res omnes conditas Deus est, atque ubique reperitur. Nefarius atque impius est, quisquis diuinum oculum aliquid contemnere putat.

DEVM IPSIVSQUE OPERA COMPRE-  
hendi non posse: nec quae occulta sunt, inquirenda, curiosaeque per-  
scrutanda esse. CAP. III. I

Exod. 33.



T dixit Dominus ad Moysen, Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & uiuet.

Psal. 138.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Eccle. 1.

Qui addit scientiam, addit dolorem.

Esa. 40.

Cui similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculpsit confluuit faber, aut aurifex auro figura- uit illud, & laminis argenteis argentarius?

Sap. 9.

Infatuatus est omnis homo a scientia. Cogitationes mortalium timidae, & incertae prouidentiae nostrae. Difficile aestimamus quae in terra sunt, & quae in pro- spectu sunt, inuenimus cum labore. Quae autem in caelis, quis inuestigabit? K

Eccle. 3.

Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecipit tibi Deus, illa cogita semper. Non enim est tibi necessarium ea, quae abscondita sunt, videre oculis tuis. In superuacuis rebus eius ne fueris curiosus. Plurima enim su- per sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio eor- um: & in vanitate detinuit sensus illorum: & qui amat periculum, in eo peribit.

11. ibid.

18.

De negotio, quo opus non habes, ne contendas. Mirabilia opera altissimi folius, & gloriosa & absconsa & inuisa opera illius hominibus. Quis inue- stigabit magnalia Dei? Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciat? aut quis



A adiciet enarrare misericordiam eius? Non est minuere nec adicere: nec est inuenire magnalia Dei. Cùm consummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, operabitur.

Deum nemo vidit vnquam, &c.

Rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest.

Si de Deo, qui ppriam loqui aut audire studes, missum fac corpus tuum, missos fac corporeos sensus. Desere terram, desere mare, supra aërem assurge, anni partes pretere, Basil. de  
B ri, temporum ordines, terræ ornamenta. Supra aërem te attolle, stellas pertransi, ea fide.  
quæ illis mira insunt, earum ornatum, magnitudinem, usum, splendorem, situm, procreationem.

Ne quæras ea quæ indagari nequeunt. Neque enim inuenies. Quid enim ea quæris? A quo eorum cognitionem haurire queas? A terra? At non exiſtebat. A mari? At nondum erat humida. A celo? At nondum extensum erat. A Sole & Luna? Nondum conditi erant. A seculis? At ante secula erat Virginitus. De eo, qui sempiternus est, ne ea, quæ minimè sempiterna sunt, interroga. Quod si mihi non obsequeris, sed rixari cupis, incitiam tuam rideo, imò potius, temeritatem deploro.

Iis, quæ scripta sunt, fidem adhibe: quæ scripto prodita non sunt, ne quere. Operæ pretiū est scire quid loqui oporteat, quid silere. Non omnia lingue committenda sunt: ne alioqui idem tibi quod oculo accidat, qui dum Solem totum intueri nititur, eam quoque, qua præditus est, lucem amittit.

Quantus sit Deus, quæque ipsius mensura, & essentia, aliæque id genus, interroganti quidem periculosa sunt: ei autem, qui interrogatur, ita perplexa, ut explicari nequeat. Silentium autem huiusmodi rerum medicina est.

Qui animum suum non deicit, nec ad imitationem Apostoli dicit, Fratres, ego me ipsum nondum arbitror comprehendisse, verum essentia diuinæ cognitionem rimatur, ac cogitationis suæ modulo ea, quæ nullius ingenio comprehendi possunt, metitur, tantumque duntaxat, quantum ipse animo suo complexus est. Deum esse censet, ac denique mentem suam rerum omnium mensuram constituit, nec illud secum reputat, facilius esse vasculo exiguo totum mare metiri, quam humana mente Dei maiestatem omni sermone præstantiorem arripere atque amplecti, ille incassum inflatus, & elatus vanitate mentis suæ, dicere non potest, Credidi propter quod locutus sum.

Ex Scriptura sacra didicimus, menti nostræ permittendum non esse, quicquam, præter ea quæ nobis concessa sunt, imaginari.

Dei qui dem nunquam non meminisse piū est, atque eiusmodi, ut eo mens diuino amore prædita satiari nequeat. At res diuinas sermone prosequi, audax sanè facinus est: quippe de fide, cum & mens à rerum dignitate procul excidat, & sermo, ea quæ in animum & cogitationem subierint, tenuiter & obscure declaret. Cùm igitur & mēs nostra rerum magnitudine atque præstantia longè inferior sit, & rursus oratio cogitationi ipsi cedat, quid tandem afferri potest, quin necessarium sit silentium, ne ob sermonis vilitatem eximia & admiranda diuinarum rerum magnitudo periclitari videatur?

Lingua atque anima cohoresco, cum de Deo loquor. Atque etiam hunc ipsum laudabilem & beatum affectum vobis opto.

Humilis ac modestus mea quidem iudicio is censendus est, non qui parua de seipso loquitur, oratur, idque ad paucos, ac raro, nec qui deiectionem humiliter alloquitur: sed qui de Deo parca moderata in verba facit: atque alia dicere, alia silentio premere, aliorum denique inscriam confiteri dispouit, eique cedit, cui sermonis cura commissa est: atque aliquem spiritualiorem esse æquo animo fert, & in contemplatione profectionem.

Cum omnis oratio suapte natura imbecillis sit, facileque moueri queat, ac propter sermonem ex aduerso pugnantem libertate careat: tum verò ea, quæ de Deo suscipitur, tanto



plus habet difficultatis, quanto maius subiectum est, & zelus ardentior, & periculum grauius. Et qua tandem fiducia subnixi atque erecti metum hunc depellemus? mentis, an sermonis, an auditis? cum in tribus his periculum versetur. Nam & intellectu res diuinas percipere arduum est, & verbis explicare perdifficile, & purgatas aures nancisci maioris laboris & difficultatis.

Quid est, quamobrem quisquam laudabilem ascensum cupiari inuideat? Ac rursus, quis perinde grauis casus, atque elatione transfigi, nec huiusmodi ascensus humilitatem comperitam habere, quantumque adhuc à vero fastigio absit, qui mortales omnes sublimitate vincit? Præstat in rationibus ac disputationibus duce spiritu laborare, quam dum otium & tranquillitatem consectamur, promptè in impietatem ruere.

Nec ærem vniuersum quisquam inquam spirauit: nec Dei essentiam prorsus, aut mens concepit, aut vox complexa est.

*Incerti.* Aliud Theologiae genus ijs, quorum animus omni ex parte purgatus est, conuenit, hoc est maximè verum: aliud quod abiectionibus quadrat, illud nimirum, quod eorum animum ad pietatem & virtutè alligere potest, per mutuum commercium eos à vita ferina abstrahens.

*Cyrilli.* Quod tandem illud lumen est, quo tenebrosum hoc humanæ naturæ antrum in hac præsentè vita collustratur? An fortasse id sibi frustra cupiditas nostra intuenti proponit, quod percipi non potest? Quænam enim in nobis tanta orationis subtilitas est, ut eius, quod quaeritur, naturam peruestigare possit? Quisnam tantam nominum ac vocabulorum significationem comminisci queat, ut summi illius luminis notionem nobis, pro eo ac dignum est, afferat? Quoniam nomine id, quod immortale est, appellem? Quoniam modo id, quod forma vacat, ostendam? Quoniam pacto id oratione complectar, quod magnitudine, quantitate, qualitate ac figura caret, quod nec in loco nec in tempore inuenitur, quod ab omni circumscriptione, ac definitionis specie seinctum est: cuius opera vita est, atque omnium, quæ secundum bonum intelliguntur, procreatio? Verùm ne sermo noster incassum labore, dum ad ea, quæ comprehendendi nequeant, sese porrigit (neque enim fieri potest, ut hoc sub cognitionem cadat) curiosè ista inquirere desinamus, hoc tantum ex his, quæ à nobis quaesita sunt, utilitatis consecuti, quod per ea notionem quandam magnitudinis, omnem dicendi facultatem excedentis, animo & cogitatione nobis effinximus. Porro quò sublimius cognitione nostra bonum illud esse credimus, eò maiore luctu afficimur: quoniam nos quondam hoc bono, quod omnem comprehendendi vim superat, fruebamur.

*Chrysof.* Diuina natura captum omnem excedit, atque in cælum excurrit. A persequentibus capi non potest: ad eos autem, qui fide præditi sunt, appropinquat.

*Didymi.* Humanæ dictiones Dei essentiam interpretari nequeunt.

*Nili.* Interdum etiam de diuinis rebus differere conantur: ubi nec veritatem assequi possumus, & coniecturis vti periculosum est.

*Philonis.* Si Deum quaeris, ò mens, antequam ad quaerendum te compares, à te ipsa excede.

## DE AMORE ET TIMORE DEI: ET QVOD omne bonum superent. CAP. IIII.

*Gen. 22.* **T** clamauit angelus Domini ad Abraham de cælo, dicens, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.

*Deut. 10.* **E**t nunc Israel, quid Dominus Deus petit à te, nisi ut timeas Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius? Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.

*Pf. 24. 32.* Firmamentum est Dominus timentibus se. Timeat Dominum omnis terra.  
*33.* Ecce oculi Domini super metuentes eum. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos.  
*110.* Timete Dominum omnes sancti eius. Initium







Etus tenetur, non oculo, ad ea quæ minimè opus est, uti, non manus ad interdictas actiones  
 mquere, nec denique quicquam, vel paruum, vel magnum, præter quam conueniat, moliri  
 atque efficere potest, suppliciosam videlicet eorum, quæ Deus comminatus est, non secus ac  
 cruciatu quodam transfixus.

In regul.  
 consistit.

Charitas erga Deum, tanquam necessarium debitum, à nobis exposcitur: qua qui dem ani-  
 mam vacuam habere, malorum omnium grauissimum censeri debet. Quæ quidem alienum at-  
 que auersum à Deo esse, ipsis quoque cruciatibus, qui impios in gehenna maneat, acerbis  
 intolerabilis que est ei, qui hoc supplicio afficitur: quemadmodum etiam oculo lumine orba-  
 ri, etiam si alioqui nullus dolor accedat.

Timor Domini innumeras animæ virtutes superat.

Charitas erga Deum in hoc sita est, ut animus quotidie supra vires se extendat.

Quemadmodum bos & asinus ex eo beneficio, quod ab alente suscipiunt, amorem erga  
 eum sponte concipiunt: eodem modo nos quoque, si non stupido atque ingrato animo beneficia  
 suscipiamus, qui fieri possit, ut tot ac tantorum beneficiorum authorem Deum non amemus:  
 huiusmodi nimirum benevolentia naturali quodam, ut ita dicam, instinctu, ac citra doctri-  
 nam ullam in anima sana oriēte?

Sapientia origo timor Domini est, ac tanquæ prima quedam incunabula. Sapientia autem  
 timorem superas, atque ad aethorem assurgens, Dei amicos & filios seruatorum loco nos efficit.

Bonum est, & aliquid antisper secedere, ut olim Moses, ac postea Hieremias: & propterea  
 atque impigre ad vocatam accurrere, ut de Aarone & Esaiâ proditum est: dummodo verum-  
 que pie fiat: alterum nempe ob propriam imbecillitatem, alterum ob vocantis potentiam.

Chrysost.  
 simile.

Non tantam facultatem sermo habet, quantam timor. Quid gehenna atrocius? At nihil  
 eius timore conducibilius. Etenim gehennæ metus regni cælestis coronâ nobis affert. Quem-  
 admodum enim in militis semper armati domo non prædo, non fur, non quispiam alius ex his  
 qui eiusmodi facinora agrediuntur, propius apparere audeat: sic timore animas obtinente,  
 nullus turpis affectus facile ad nos accedit, verum omnes se proripiunt, ac fugam capeunt,  
 timoris nimirum potentia, ac velut tyrannide fusi ac profligati. Nec verò hoc solum lucrî  
 ex timore percipimus, sed aliud quoque præterea, & quidem hoc longè maius ac præstâtius.  
 Non enim tantummodo vitiosos nostros affectus propulsat: sed etiâ virtutibus omnibus fa-  
 cilem ad nos aditum aperit. Neque enim quicquam perinde, tû peccata delet, tum virtutem  
 auget, ac florētem reddit, ut perpetua timoris natura. Ob idque fieri nequit, ut is, cui metus  
 minimè familiaris est, rectè atque ex virtute viuat, quemadmodum contra fieri non potest,  
 ut qui in timore vitam traducit, à recto aberrat.

Timor nihil aliud est, quàm murus & presidium, ac turris inexpugnabilis.

Clem.  
 Alex.

Dei, qui passione vacat, timor ab omni passione ac perturbatione immunis est. Neque  
 enim quisquæ Deum ipsum timet: sed ne Deo careat. Qui autem hoc timet, illud timet, ne  
 in mala incidat. Qui porro hunc casum extimescit, ab interitu & perpeccionibus alicui-  
 num se esse cupit.

Didymi.

Fieri non potest, ut qui Dei timore præditus est, meticulosus sit: cum illud Scripturæ  
 monumentis proditum sit, Præter eum ne quenquam alium metuas.

Qui Deum timet, omnia, ut diuinæ legi consentaneum est, agit.

Euagrij.

simile.

Deus terribilis esse dicitur: non quod pestifera belluæ, aut crudelis hominis terrorem ha-  
 beat. Deus enim lux est, via, veritas & vita, &c. Quid igitur est, quamobrem lucem, aut  
 vitam, aut veritatem, aut resurrectionem perhorrescamus? Hoc igitur perinde est, ut si  
 quis in sublimi quodam monte degat, atque ipsum metuere dicatur: non quod motem ipsum  
 timeat, sed ne ab eo præcepta ruat. Ad eundem quippe modum nos quoque Deum metumus,  
 illud videlicet metuentes, ne à luce, & vita, & veritate, & scientia excidamus.

DEO CONTRADICENDVM NON ESSE,  
 nec cum eo expostulandum. CAPVT V.

Iniqui-



P A R A L L E L A .

**A** NIQVITAS nobis reputabitur, multa verba loquentibus *Iob. 39.*  
 coram Deo. Non es homo similis mei, cum quo litigem: et  
 veniamus vnanimiter ad iudicium. Quid adhuc ego iudi-  
 cor, admonitus, & coarguens Dominum, audens talia, cum  
 nihil sum? Ego autem quod respō sum dabo ad hæc? Manum  
 meam ponam super os meum. Vnum locutus sum, & vltra  
 non addam. Absit vt coram Deo impiè agam: & corā Om-  
 nipotente ius perturbem.

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermo- *Ecl. 5.*  
 nem coram Deo.

**B** An dicet opus factori suo, Non fecisti me: & lutum diceat figulo, Non intel- *Esaie. 29.*  
 ligis? Num dicet lutum figulo, Quid facis? Quid operaberis, & opus tuū absque *45.*  
 manibus est? Væ qui dicit patri, Quid generas? & matri, Quid parturis?

Qui mala aduersus Dominum non cogitauit, huic dabitur electa gratia fidei. *Sap. 3.*  
 Ne te iustifices ante Deum. *Ecl. 7.*

O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? An dicet figmentum ei qui se finxit, *Rem. 9.*  
 Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa face-  
 re aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam?

Non tentemus Dominū, sicut quidam tentauerunt, & perierunt à serpentibus. *1. Cor. 10.*

**C** Qui Deo reluctari audent, his Verbis vtuntur, Quid est, quamobrem in ipsa structu- *Basil. Ho-*  
 ra non id habemus, vt extra peccandi aleam simus, aded vt ne si velimus quidem, peccā- *mi. Quod*  
 re nobis liceat? Quoniam tu quoque seruos tuos, non, cum eos vinculis constri-ctos tenes, be- *Deus non*  
 neuolos tibi existimas, sed cum eos vltra ac sponte munere suo fungi perspicis. Proinde Deo *est author*  
 quoque gratum est, non quod vt extorquetur, sed quod ex virtute geritur. Virtus porro ex *malor.*  
 electione ac voluntate, non ex necessitate, oritur. Itaque qui Creatorem hoc nomine repre-  
 hendit, quod nos non ita condiderit, vt vt quadam natua peccare nequeamus, nihil aliud  
 quam naturam ratione carentē ei, quæ ratione prædita est, anteponit, & eam, quæ motus  
 atque impetus omnis est expers, ei, in qua electio inest, & agendi facultas.

Ne quis obsecro, Deum corrigere tentet, nec dicat, Hoc nobis omninò contingere de-  
**D** bet, non autem illud. Quis enim nouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? In ca-  
 ligrine enim iudicat, vt verbis *Iob* vtar: & nubes abscondio eius, & non cernetur.  
 Explorata ea pharmaca habet, quæ à vitio ad virtutem, & ab ignorantia ad Dei cogni-  
 tionem, animos conuertunt.

Demitte supercilium, o homo, repagulum & ianuam linguæ impone. Ab hoc tam fri- *Cyilli.*  
 gido vaniloquio quamprimùm abscede. Sine Deum & scire, & facere, quæ ipsum deceat.

DE ANGELIS: ET QVOD ADMISO

peccato puniantur.

CAPVT VI.

**E**



RECEPTO interfecit draconem apostatam. *Iob. 26.*  
 Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus *2. Pet. 2.*  
 inferni detractos in tartarum tradidit cruciados, in iudicium  
 referuari.

Angelos qui non seruauerunt suum principatum, sed de *Iuda.*  
 reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei vincu-  
 lis aternis sub caligrine referuauit.

Angeli omnes, vt nomen vnum, sic vnam quoque naturam omninò habent. *Didymi.*  
 Cum splendidissima, vel, vt rectius loquar, cælestis angelorum natura sit, non cer-



D. LOAM. DAMASCENI

ta quadam species, aut una eademque forma in illis reperitur. Etenim dura ac renitentes F  
 natura corporibus conueniunt.

Nili. Et ant crura eorū recta, & alati pedes eorum, aiebat Exechiel, de angelis verba faciens.  
 Quibus verbis inflexilem sententiæ constantiam indicat, naturæque illius in intelligen-  
 do celeritatem.

Euagrij. Angelos honoramus non ob naturam, sed ob virtutem: ac damus ignominia affici-  
 mus, propter vitium quod in illis inest.

Philonis. Spiritalis angelorum essentia est. Verum pro re nata subinde sese immutantes, for-  
 mas humanis similes per sepe assumunt.

DEVM ANGELOS CVSTODES  
 nobis præfecisse. CAPVT VII. G

Exod. 23.



CCE ego mittā angelum meum ante faciem tuam, vt custo-  
 diat te in via, vt introducat te in terram, quam præparavi tibi.  
 Attende tibi ipsi, & audi vocem eius, nec contemnendū pu-  
 tes. Neque enim dimittet, cū peccaueris. Nomen enim meum  
 in illo.

Deut. 32.

Constituit numerum populorum iuxta numerum ange-  
 lorum Dei. H

Mat. 16.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod angeli  
 eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.

Basilij.

Quoniam Apostolus perspectum habebat angelos tanquam pedagogos quosdam & mo-  
 deratores hominibus constitutos esse, idcirco testimonij causa eos vocauit.

Didymi.

Probi ac sancti viri lucidos angelos custodes habent: mali autem tenebrosos.

Euagrij.

Scientiæ ac scientiæ opes multos nobis angelos adiungunt. At vir impurus ac flagitio-  
 sus, etiam ab eo angelo, qui ipsi à puero datus est, disungitur. Etenim spiritalis amicitia in  
 virtute ac Dei cognitione consistit: quarum opera cum sanctis angelis amicitia nexu copu-  
 lamur. siquidem homines, quos scelerum poenitet, latitia ansam angelis subministrant. I

DE HOMINIS CREATIONE  
 atque structura. CAPVT VIII.

Gen. 5.



REAVIT Deus hominem. Ad imaginem suam fecit eum:  
 masculum & foeminam fecit eos.

2.

Formavit Deus hominem de limo terræ. Et inspiravit in fa-  
 ciem eius spiraculum vitæ. Et factus est homo in animam vi-  
 uentem. Immisit Dominus soporem in Adam. Cūque ob-  
 dormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. K

Et edificauit Dominus costam in mulierem, & adduxit eam  
 ad Adam. Et dixit Adam: Hoc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ipsa  
 vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem  
 & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam.

Iob. 10.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Carne & pellibus vestisti me, of-  
 fibus & neruis compegisti me. Memento quia sicut lutum finxisti me: & rursus  
 in terram reduces me.

Psal. 38.

Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Veruntamen in imagine  
 pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Auferes spiritum eorum & defi-  
 cient: & in puluerem suum conuertentur.

Eccl. 3.

Omnia de terra facta sunt, & omnia in terram reuertentur.

Deus



**A** Deus creauit hominem inextinguibile, ad immortalitatem, & ad imaginem similitudinis suae fecit illum. Qui fecisti omnia uerbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creatura quae a te facta est, ut disponat orbem terrae in aequitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet. Et ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento fomni conueniente. Et ego natus, accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam uocem similem omnibus emisi plorans. In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam, & similis exitus.

Sap. 2.  
9.

**B** Deus creauit hominem de terra, & ad imaginem suam fecit illum. Numerum dierum & tempus dedit illi, & potestatem eorum quae sunt in terra. Et posuit timorem ipsius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & uolatilium. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium & linguam & oculos & aures & cor & scientiam dedit illis. Disciplina & intellectu repleuit illos: & bona & mala ostendit illis. Omnia quae de terra orta sunt, in terram reuertuntur. Ipsi sumus factura, creati ad opera bona in Christo Iesu, quae praeparauit Deus, ut in ipsis ambulemus.

Ecl. 17.  
41.  
Eph. 2.

**C** CVM ipse sit creator ac dominus omnium, in operibus suis delectatur. Etenim summo suorum robore caelos fundauit, & incomprehensibili sua industria eos ornauit: terram autem distinxit ab aqua eos ambiente, & super tuto uoluntatis suae fundamento stabiliiuit. Deinde excellentissimum ac prorsus maximum hominem suismet immaculatis manibus ad imaginis suae effigiem finxit. Sic enim ait Deus, Faciamus hominem ad imaginem nostram ac similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: masculum & foeminam fecit eos. Haec igitur omnia cum absoluisset, benedixit ac dixit, Crescite & multiplicamini.

Incerti.

Quisnam duram ossium substantiam condidit? Quis hoc effecit, ut nerui, tanquam uinculis quibusdam inter se constricti, sese contendant, ac membra circa commissuras inflexa laxentur? Quis humores uelut fermentauit, ac sanguine perfudit, mollemque nobis ex terra carnem indidit? Nimirum solus ille praestantissimus artifex Deus, hominem, id est ratione praeditam & animatam imaginem suam, ex humido ac perexiguo semine in matris uulua efficiens, ac uelut e cera effingens. Quis enim est qui prouidet, ne foetus humoris copia & compressione uasorum obrutus, intus praeforetur? Aut quis, postquam utero gestatus est, ac tandem in lucem prodiit, ex imbecilli & exiguo magnum & pulchritudine ac robore praestantem reddit, nisi idem ipse, ut iam dixi, praestantissimus artifex Deus, qui efficiente sua potentia formas, instar pictoris cuiuspiam, in diuersum mutat? Deus immortalitas est, & uita, & incorruptio. Opus autem Dei, homo. Quicquid porro ab immortalitate factum est, immortale sit necesse est. Ac proinde hominem quidem ipsemet effecit: reliqua autem animantium genera aëri, terrae, atque aquis, producenda mandauit. Producant enim, inquit, aquae reptilia uiuentium animarum, & uolatile super terram, sub firmamento caeli. Et producat terra animam uiuentem secundum genus. At in homine non item dixit, Producat: sed, Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem. Et assumpsit Deus limum e terra, & finxit eum.

Methodij.

Gen. 1.

Ut Deus corpus quidem creauit, sed non morbum: ita animam quoque fecit, sed non peccatum. Vitio autem imbuta est anima, postquam ab eo, quod natura consentaneum erat, deflexit. Erat quondam Adam sursum, non quidem loco, sed animi destinatione. Cur autem in uentem indumenta ipsi non statim constructa sunt? Nimirum quia nec naturalia ea, neque arte elaborata esse conueniebat. Naturalia enim brutis pecularia sunt, ut pennis, pili & crassae pelles: quippe quae & algores & aestus ferre queant. At hominem decebat proportione sua erga Deum charitatis diuersa quoque bonorum praemia referre. Considera quanam sit ea potentia, quam anima carni impertit, ac rursum quanam a car-

Basilius  
Ho. Quod  
Deus non  
est auctor  
malor.  
Eiusd. in  
dict. Scrip.  
Attende  
tibi ipsi.



ne ad animam condoleantia redeat: Quonam modo corpus vitam ab anima sumat: ac rursum anima dolores a corpore contrahat: Quenam disciplinarum velut promptuaria habeat: Qui fiat, ut eorum, quæ subinde accedunt incrementum, antecedentium cognitioni velut tenebras quasdam minimè offundat, verum distincta & dilucida memoria in ea animi parte, quæ principatum tenet, tanquam in area quadam columna insculptæ conferuentur: Quonam modo animus, ad carnis vitia prouolutus, pulchritudinem suam amittat, ac rursus, contractas vitij sordes per virtutem abstergens, ad creatoris Dei similitudinem redeat. Iam post animæ contemplationem, corporis quoque structuram, si lubet, animaduerte, atque admirare, quemadmodum eximius ille artifex accommodatum in eo domicilium animæ ratione prædita construxit. Ex omnibus animantibus solum hominem rectum condidit, ut te ex ipsa figura vitam à cœlesti cognatione consecutam esse perspicias. Etenim quadrupedia omnia animantia in ventrem prona sunt: at homini promptus est in cœlū prospectus: ut nec ventri, nec ijs quæ sub ventre sunt, operam æet, verum omni animi contentione ad supera proficiatur. Deinde ipsius capite altissima sede posito, sensus eos, qui summo in pretio sunt, in ipso defixit. Illic visus, auditus, gustus, olfactus, omnes vicini inter se sedibus collocati. Et quamquam in exigua & angusta regione comprimantur, nullus tamen eorum vicini organis impedimentum affert.

Ex nihilo in ortum producti, atque ad Creatoris imaginem effecti sumus. Mentem & sermonem, quibus natura nostra numeris omnibus absoluitur, habemus: quorum opera Dei cognitionem consecuti sumus.

Mundus hic & mortalis est, & morientium regio. Quoniam enim composita & concreta est rerum earum, quæ in aspectum cadunt, natura: atque ita comparatum est, ut quicquid compositum est, tandem dissoluatur, & intereat, profectò necesse est, ut nos, qui in mundo viuimus, ac pars mundi sumus, natura quoque vniuersi participes simus.

*Hom. 1. in Hexam.* Quæ à tempore initium duxerunt, ut tandem quoque finem habeant, prorsus necesse est. Si mundus temporale initium habet, de fine nihil est quod dubites.

*Nat. in Apolog.* Quisnam est qui per sapientiam suam hominem condidit, eaque, quæ inter se dissidebant, copulauit, ac puluerem cum spiritu commiscuit, atque animal visibile, & ab aspectu remotum, composuit, temporarium & immortale, terrenum & cœleste, Deum attingens, nec tamen comprehendens, ad eum appropinquans, & ab eo remotum?

*Orat. de paup. a-mor.* Corpori huic quonam modo coniunctus sim, haud equidem scio: quoque pacto simul & imago Dei sum, & cum cœno volutor: quod & cum incolumi valetudine est, bello me insectatur, & cum bello premitur, excruciat, mœrorèque afficit: quod & ut conseruum amo, charumque habeo, & ut inimicum infestumque detestor: quod & ut vinculum fugio, & ut eiusdem hereditatis particeps, reueor. Si macerare & debilitare contendam, iam non habeo, quo socio & ministro ad res præclarissimas obeundas utar, nimirum haud ignorans cuiusnam rei causa procreatus sim, qui dūque mihi faciendum sit, ut per actionem ad Deum ascendam. Sin contrà, ut cum adiutore & ministro, mitius indulgentiusque agere mediter, nulla iam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, omninoque à Deo excidam necesse est, corporis compedibus degrauiatus, in terram detrahentibus, vel detinentibus. Hostis est blandus & facilis: insidiosus amicus. Proh Deum immortalē, quæ isthac coniunctio est? quæ inimicitiarum dissidijque ratio? quod vereor, amplector: quod amo, perhorresco. Antequam bellum geri cæptum sit, in gratiam cum eo redeo: antequam pax sit constituta, ab eo dissideo. Quanam hoc Dei sapientia, quonam magno & arcano consilio mihi accidere dicam? An hoc agit, ut cum Dei pars simus, atque supernè fluxerimus (ne ob huiusmodi dignitatem insolèter efferamur, atque Creatorem contemnamus) ob eam, quæ nobis est cum corpore, colluctationem ac dimicationem, eum semper intueamur, omnesque spes nostras in eo positas habeamus, sicque connexa nobis infirmitas dignitatem tanquam freno quodam coercet? An ut intelligamus nos maximos simul atque abiectissimos esse, terrenos & cœlestes, temporarios & immortales, lucis & ignis, siue tenebrarum, heredes, prout scilicet ad alterutrum horum nobis propendere contigerit? Hæc nostra temperatio est, atque ob has causas, quantum quidem ipse perspicere possum, ut cum imaginis



A imaginis dignitas nobis animos extulerit, terra eosdem deprimat, contrahat que.

Ordo ex massa, partim rationali, partim a ratione auersa, hominem, rationale animal, <sup>orat. de moder. in</sup> construxit, atq; arcano & ineffabili modo terram cum mente, mentem cum spiritu vinxit. <sup>dissput. scru.</sup> Et, ut mirabilius quiddam in figmento suo atque opere patraret, idem ipsum & conser- uauit, & dissoluit. Alterum enim superinduxit, alterum subduxit, non secus atque in aquarum fluxu: corporique mortali immortalitatem per solutionem comparauit.

Quae hac mixtio nostra est? Quis motus? Quomodo id quod immortale est, cum re mortali copulatum est? Qui sit, ut anima circumferatur, & vitam impertiat, & affectuum sic particeps? Qui sit, ut mens, & circumscripta sit, & nullis terminis includatur? in nobis maneat, & motus fluxionisque celeritate omnia perlustret! Qui sit, ut sermonis opera percipiatur & comunicetur, ac per aërem grassetur, & cum rebus ipsis ingrediat? Qui sit, ut cum sensibus consuetudinem habeat, ac rursus a se ipsis in seipsam colligatur?

B Non ut edamus & bibamus & induamur, orti sumus: Verum ut arrepta diuina philosophia vitium fugiamus, ac virtutem amplexemur. Nam quod, non ut edamus & bibamus, sed ob alia longe maiora ac praestantiora in lucem editi sumus, audi quam causam conditus. Deus afferat, cur hominem condiderit. Nam cum eum effingeret, ad hunc modum locutus est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Deo porro similes effici- mur, non cum edimus & bibimus, & induimur (Deus enim nec edit, nec bibit, nec vesti- bus utitur) sed cum iustitiam colimus, & humanitatis specimen edimus, & benignitati ac mansuetudini studemus, & proximorum calamitatibus comouemur, ac deniq; genus omne virtutis consecramur. Quandoquidem edere & bibere, nobis cum brutis commune est, neque, quantum ad hoc attinet, vlllo modo praestantiores illis sumus.

C Quid utilitatis attulerunt, qui apud Graecos eruditionis laude floruerunt, dum sermo- nes illi quidem commēti sunt, Verum sermonum datorem minime cognouerunt? Quidnam quae so fructus hominum generi attulit Plato, dum linguam quidem dilatauit, <sup>adatus</sup> rum nullo beneficio animam affecit? An non ij qui de anima longos tractatus edide- <sup>ad Plato- nis nome.</sup> runt, in seipsis animam exhalauerunt, dum eum, qui animam ipsis inspirauerat, haudquaquam agnoscere voluerunt? Nam si omnium rerum parentem & effectorem cognouissent, Mosis utique fidem adhibuissent, dicenti, Et creauit Dominus hominem de limo terrae, & inspi- <sup>Gene. 2.</sup> rauit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam uiuentem. Vides quo pacto Dei opus homo sit, animatus inquam ille Dei thesaurus, illa ratione praedita ani- mantis radix, ille in costa foemina gestans. Vides quemadmodum effectus sit homo: quem admodum mirabiliter factus Adam. Mirabiliter creatus est: & supra naturam genuit. Naturali quidem modo Cainum & Abelem procreauit, velut his verbis testatur Scri- ptura, Cognouit Adam uxorem suam, & concepit, & peperit: quod autem naturam exce- <sup>Gene. 4.</sup> dit, illud est, quod quaeritur, nempe quonam pacto Heuam uxorem suam & filiam genuit. Quamuis enim Deus eam condidit, tamen costam ab Adam mutuatus est. Quocirca dum eam effingeret, immisit soporem ac stuporem in Adam, & tulit unam de costis ip- sius, & repleuit carnē pro ea. Verum tamen si altissimo somno obdormierit Adam, non tamen eum fugit, quid Dominus clam egisset. Adam enim Heuam duntaxat vidit, ac statim costam suam tetigit, seque, quod deerat, cum carnis incremento dedisse cōperit, atque animal

E ratione praeditum suscepisse. Ob eamque causam cum Deus foeminam ad Adamum adduxisset, ut videret quonam eam nomine nuncuparet, respondens Adam ad Deū dixit: Quid mihi, o here, hāc tanquam ignotam & peregrinam adduxisti? Nō mihi stupori est hoc spectaculum. Carnem enim meam agnouit. Animal rationis compos mihi donasti. Etsi figura dissidet, natura tamen copulatur. Itaque virago vocetur: quoniam de viro sumpta est, & ex costa formata. Ac proinde sub imperio sit. Neque enim ex capite, sed ex latere, sumpta est.

Primo annorum septenario dentes enascuntur. Secundo genitale semen emitti incipit. Philo. Tertio barba crescit. Quarto vires auferunt. Quinto inuendi matrimonij tēpus est. Sexto Aetatis prudentia initium sumit. Septimo fibrae roborantur, ac menti & rationi incrementū accedit. <sup>humana- rum di- uisio.</sup> Octauo utraq; perficitur. Nono sedatis affectibus lenitas & mansuetudo oritur. Decimo optandus vita finis cōtingit, nimirum corporis membrorum adhuc integris. Solet enim longa senectus membra omnia debilitare atq; infringere. At Verò Hippocrates medicus atates septē



esse ait, nimirum infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, virilem aetatem, pro-  
suetam, & senilem. Has porrò septenarijs quidem metitur, non tamen cōtinuis. His autem  
verbis utitur: In hominis natura septem sunt temporum vicissitudines, quas aetates appel-  
lant, infans, puer, adolescens, iuuenis, vir, aetate prouectus, senex. Infans, vsque ad septem  
annos est, hoc est quoad dentes eduxerit. Puer, quoad semen emiserit, hoc est vsque ad quar-  
tum & decimum annum. Adolescens, quoad prima lanugo oriatur, hoc est ad tres anno-  
rum hebdomades. Iuuenis, quoad totum corpus creuerit, hoc est vsque ad quatuor hebdo-  
mades. Vir, vsque ad vndequingagesimum, hoc est septem annorum hebdomades. Sene-  
scens, vsque ad sextum & quinquagesimum annum, hoc est septies octauum. Deinceps au-  
tem senex. Enimuerò fieri potest, vt quispiam in anno tricesimo aui sit nempe vt decimo-  
quarto anno pubescat, ac semē emittat: quod autem satum est, intra vnius anni spatium in  
lucem editum, rursus decimoquinto anno simile sibi gignat.

Quicquid principium habet, finem quoque admittit. Quod autem finem admittit, cor-  
ruptioni etiam obnoxium est.

De arbitrij libertate: quòd nobis à Deo data sit: & quòd in nobis situm  
sit vel salutem consequi, vel perire. CAP. IX.

Dent. 3.

Psal. 34.

Eclli. 15.



Estes inuoco hodie coelum & terram, quòd proposuerim vo-  
bis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem.

Dic anima mea, salus tua ego sum.

Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu  
consilij sui. Apposuit tibi ignem & aquam: ad quod vo-  
lueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bo-  
num & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi.

Luc. 17.

Rem. 6.

Ecce regnum Dei intra vos est.

An nescitis quòd cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis ei cui  
obeditis?

Ignat.

epist. ad

Smyrn.

Basil.

Volentibus nobis bene agere, Deus ad largiendum promptus est.

Posui, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, duas inter se pu-  
gnantes naturas. Perpende ad iudicij tui examen, ac sedulo pondera, vtrum tuis rationi-  
bus conducibilius sit, nimirum breuem ac temporaria voluptatē eligere, ac per eam sem-  
piternam mortem accipere, an contra colenda virtutis causa arumnas & molestias am-  
plexari, ac per eas nunquam intermoriturus delicias tibi conciliare.

Homil.

Quod

Deus non

est auct.

mal.

Gregor.

Nll.

Inferni mala non Deum authorem habet, sed nos ipsos. Initium enim & radix omnis  
peccati in nobis sita sunt, atque in arbitrij nostri libertate.

Anima regiam suam dignitatem & sublimitatem, procul à plebeia vilitate sciun-  
ctam, hinc ostendit, quòd nullius dominio mancipata sit, ac liberam voluntatē suarum po-  
restatem habeat, arbitratiq; suo gubernetur. Cuius enim alius hoc est, quàm regis? Am-  
plectamur benedictionem: ac maledictionem fugiamus. In nobis enim situm est vtrum li-  
buerit eligere, illud nimirum ad quod studio atque animi alacritate propensiores fuerimus.

Chryf.

Deus ne-

minē m-

uitum

trahit.

Non semper nobiscū recta loquitur Deus: nō quod id nequeat (absit:) verum ob imbe-  
cillitatē nostrā. Potest enim ipse vel nutu solo quicquid vult efficere. At nos potestatis no-  
strae semel effecti, nō sustinemus ipsi in omnibus rebus obsequi. Quòd si inuitos nos ac re-  
pugnantes traheret, nimirum eam, quam dedit, potestatis libertatem nobis eriperet.

Cum exploratum habeamus, quòd & velle & currere in nobis situm sit, Deum & per  
voluntatem & per cursum ad opem nobis ferendam pertrahamus. Eo autē pertracto, ad  
optatum rerū finē peruenimus. Expergiscamur igitur, fratres, atq; ad anima salutē nihil  
non studij ac diligentiae adhibeamus: vt posteaquam hic aliquātisper in laboribus versa-  
ti fuerimus, in immortalī ac senectutis experte seculo bonis immortalibus fruamur.

Iustin.

Cum Deus hominem primū effingeret, ipsius naturam ex eiusdem voluntate pende-  
re voluit, experimenti gratia mandatū vnum ei imponens: quòd si seruasset, in im-  
mortalī sede ipsum collocaturus esset: sin illud violaret, in contraria.

In



**A** In homine electio est, ut libero: in Deo largitio, ut Domino. Largitur porrò ijs qui volunt, ac summum studium adhibent, & precantur: ut salus peculiare ipsius munus sit. Neque enim vim infert Deus (vis enim Deo inimica est) sed quærentibus largitur, & poscentibus præbet, & pulsantibus aperit. Clemens  
Alexad.

Volentibus animis Deus fauorem suum adiungit. Sin autem velut à suffitu se remouerint, spiritus quoque diuino beneficio concessus sese contrahit.

Deus hominem liberum ac suæ potestatis condidit: ut quod sibi ipsi per socordiam & inobedientiam fecit, hoc ipsi nunc Deus per benignitatem suam ac misericordiam donet: dummodo homo ipsi dicto audientem se præbeat. Quemadmodum enim ipse violato mandato mortem sibi ipsi accersuit: sic diuina voluntati obtemperans, sempiternam vitam adipisci potest. Etenim Deus præcepta sancta nobis dedit: quæ quisquis expleuerit, salutem obtinere potest, atque à morte ad vitam reuocatus id consequetur, ut corrumpi nequeat. Eleutherij.

In tuo arbitrio situm est, vel luce frui, vel in tenebris versari. Antequam primus homo à diuino mandato recessisset, feras omnes cicures habebat, nec quicquam ipsi ab illis iniuriæ querebatur. Ego sum ostium, ait Dominus. Itaque thesauri sapientiæ & scientiæ intra ostium abstrusi sunt. Nili.  
Ioan. II.

De homine nonnulli sunt qui prædicent quicquid boni vel mali facturus sit. Quocirca multi, mali genij instinctu in mala incidentes, dicunt, Væ ipsius astris, ac rursus, quòd factum quodam intereant homines, vel in fluuium, vel præcipitium, vel quocumque tandem alio modo. At hæc nugacitas peccato nõ caret. Nam Deus homini liberam electionem dedit, lucisq; & tenebrarum viam ipsi ostendit. Ac lucrum & damnum per Esaiam propheta tam his verbis indicat: Si volueritis & audieritis, bona terra comedetis: si autem nolueritis nec audieritis me, nulla vos necessitate cõstringo. Nam quod vi ac necessitate fit, fructum non habet. Ego decreta non imposui: bona aut mala tibi non præscripsi. Alioqui enim, si mihi eadem aut stuprum imperasset, perpetrare ea proculdubio necesse habuissem. Ipsius enim iussis reluctari nemo potest. Cur autem me supplicio mulcetaret, ipsius mandatis obsequentem? Nunquam sanè hominum malum Deo cordi est. Etenim tentationes illæ, quæ hominibus cõtingunt, à diabolo excitantur. Hæc quippe Apostoli verba sunt, Nemo, cum tentatur, dicat, quia à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Vnusquisque autem tentatur à propria concupiscentia. Quod si quid boni agis, id Dei benignitati tribue: si quid mali, diaboli peruersitati ascribe. Eusebij.  
In facti as-  
sertores.  
Esa. I.Iac. I.I. Par. vii.

DE INSTABILI RERVM HVMANARUM  
statu: & cui rei similis sit homo & vita ipsius: & quòd  
vana sunt præsentia, & umbra imbecilliora.

CAP. X.

**E** DVENAE & peregrini estis vos coram me. Peregrini sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri sicut umbra super terram. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Vita mea velocior est locutione. Umbra est vita nostra in terra. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseris. Qui quasi flos egreditur, & fugit, velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Homo putredo, & filius hominis vermis. Existimo me ipsum terram & cinerem. Ego sum vermis, & non homo. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Aduenæ ego sum apud te & peregrinus. Recordatus est quia puluis sumus. Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadēs & nõ rediēs. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Defecerunt sicut fumus dies mei. Homo, sicut fœnū



D. IOANNIS DAMASCENI

dies eius. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vanbra pretereunt.

*Ecl. 1. 4.* Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Laudavi magis mortuos quam viuentes: & feliciorum vtroque, qui necdum natus est, nec vidit mala, quae sub sole fiunt.

*3.* Omnis labor hominis in os ipsius. Quid habet homo amplius iumento? Cuncta subiacent vanitati. Omnes dies ipsius dolor, & animi distractio. Et ne in nocte quidem dormit cor eius. Et hoc est vanitas. Sicut egressus est nudus de utero matris suae, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomodo venit, sic reuertetur.

*Zach. 1.* Patres vestri & prophetae ubi sunt? Nunquid in aeternum viuunt? Omnis caro foenum, & omnis gloria hominis sicut flos foeni. Exsiccatum est foenum, & flos eius decidit.

*Es. 50.* Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, & tinea comedet eos. Nolite timere opprobrium hominum, & contemptui eorum ne succumbatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis.

*Sap. 2.* Fumus est spiritus in naribus nostris, & pertransibit vita nostra tanquam vestigium nubis. Umbra enim transitus est via nostra. Quid profuit nobis superbia nostra? & opes ac iactantia nostra quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrens. & tanquam naus quae pertransit fluctuantem aquam: cuius, cum praeterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinae in fluctibus: aut auis quae transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius.

*Ecl. 1. 4.* Omnis caro tanquam foenum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia deiicit, alia producit: sic generatio carnis & sanguinis. Homines omnes, terra & cinis. Peregrini & aduena fumus super terram. H

*78.* Numerus dierum hominis, ut multum centum anni: quasi guttae aquae maris deputati sunt: & sicut calculus arenae: sic pauci anni in diebus seculi.

*1. Tim. 6.* Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec quicquam auferre poterimus.

*Iac. 1.* Qualis est vita nostra? Vapor est ad modicum parens, deinde exterminabitur.

*Bas. Hom. in Psal. 1.* **VIA** Vita dicta est ob eam celeritatem, qua, quicquid progenitum est, ad finem contendit. Quemadmodum enim qui in nauibus dormiunt, a vento ad portum sponte trahuntur, etiam ipsi minime id sentiant, sed cursum ipse eos ad finem adurger: eodem modo nos quoque, effluente vita nostra tempore, quasi perpetuo quodam ac nunquam intermittente motu, ad finem quisque finem occulto vita nostra cursu adurgemur. Exempli gratia: Dormis? & tempus te praeterit. Vigilas, & mente aliquid agitas? Vita tamen consumitur, id licet minime persentiscas. Itaque omnes velut curriculum quoddam conficimus, ad finem quisque finem properantes. Atque hac ratione omnes in via sumus. Quia ad hunc quoque modum viae significationem accipere queas. Viator es in hac vita. Omnia praeteris: omnia a tergo relinquis. Vidisti in via stirpem, aut herbam, aut aliquid spectatu dignum? Parumper oblectatus es: ac deinde praeteristi. Rursus in saxa & valles & praecipitia & scopulos, aut etiam fortasse in feras, & reptilia, & spinas, aut aliud quiddam molestum & acerbum incidisti? Non nihil hinc mororis contraxisti: ac mox ea deseruisti. Eadem humana vita ratio est. Nam nec incumditates fixas & stabiles voluptates, nec perpetuas acerbitates habet. Ut via minime tua est: sic nec praesentia tua sunt. In his qui iter faciunt, simulatque primus vestigium mouit, statim secundus quoque gressum effert, ac deinceps is qui a tergo sequitur. Consideres autem velim, an non res huiusce vita consimile in modum se habeant. Terram hodierno die coluisti: crastino die alter, ac post eum rursus alius. Vides hos agros, atque ingentibus sumptibus extructas domos? Quot iam nomina horum unumquodque permutauit? Dicebatur illius esse: postea ab altero nomen traxit. Mox ad alium migravit: ac rursus nunc alterius esse dicitur. An non igitur via haec vita est, ut quae alium atque alium subinde assumat, atque omnes sibi inuicem succedentes habeat? Beatus igitur qui in via peccatorum non stetit.

Cuius



**A** Cum fœni herbam ac florem cernis, fac tibi humana natura animo obuerſetur: atque hanc ſapientis Eſaiæ ſimilitudinem in memoria habe, dicentis, Omnis caro fœnum, omnis gloria hominis ſicut flos fœni. Siquidem Vita breuitas, atque humana felicitatis amœnitas & lætitia ad exiguum tempus ſeſe porrigens, aptiſſimam ſanè ſimilitudinem apud Prophetam eſt conſecuta. Hodierno die quiſpiam florenti corpore eſt, ac luxu obefus, cute nitidus, propter ætatis florem vegetus & robuſtus, ac denique eiſmodi, ut eius impetum nemo ſuſtinere queat? Cratiſimo die idem ipſe miſerationem omnibus mouet, nimirum vel ſenio conſectus, vel morbo extinctus. Quiſpiam ruruſus opum copia inſignis atque coſpicuus eſt, adulatorum gregibus cinctus, fictorum amicorum, ipſius gratiam aucupantiu, ſatellitio ſtipatus, frequentiſſimis cognatis, iſque fictis & aduulſatis, aſſeclarum Innumera- bili caterua, partim victus cauſa, partim ob alios uſus ipſi hærentium, quos dum & in publicum prodrens, & ruruſus domum rediens ſecum trahit, inuidioſum iſ ſe præbet, quibus cum verſatur. Iam ad diuitias aliquam etiam ex vrbanoſarum rerum adminiſtratione collectam potentiam adiunge, atque honores, qui ei ab imperatoribus habeantur, aut prouinciarum præfecturas, aut copiarum militarium imperium, præconem ante eum alitè claman- tem, ſuſcitantes cum virgibus hinc atque illinc grauiffimum iſ, quibus præſit, terrorem iniicientes, plagas, bonorum proſcriptiones, abreptiones, carceres, ex quibus intolerandus quidam iſ, qui in ipſius imperio ſunt, metus cumulat. Quid poſtea? Nox una, febris una, aut lateris dolor, aut pulmonis exulceratio, eum ex hominum cœtu abripit, ac de medio tollit, atque omni eo ornatu, quem tanquam in ſcena gerebat, eum repente ſpoliat: ac gloria illa ſomnio ſimilis eſſe comperitur. Quocirca non immeritò Prophetæ mandatum eſt, ut naturam humanam cum valde imbecilli flore compararet.

**B** Nihil in rebus humanis firmum ac ſtabile eſt: verum alia quidem ex nihilo ad perfectam magnitudinem progrediuntur: alia autem ad vigorem ſuum perducta, atque in ſummam magnitudinem euecta, tacitis ruruſus decrementis tabeſcunt ac diſſoluuntur, atque ita imminuntur, ut tandem intereant ac deleantur. Ita ex Luna proſpectu, qui rerum noſtrarum ſtatus ſit, edocemur, ac celereſ humanarum rerum conuerſionem cum animis noſtris reputantes, diſcimus in huiſce vite proſperitatibus altos ſpiritus minimè cœcipere, nec potentia efferri, nec ob incertas opes inſoleſcere: verum carnem, in quam mutatio cadit, aſpernari, animæ autem, cuius bonum motus omnis expers eſt, curam gerere. Quod ſi te Luna mœrore tum afficit, cum ſenſim decreſcens lumen ſuum abſumit, grauiore te moleſtia afficiat anima, qua, poſteaquam virtutem adeptæ eſt, per ſocordiam ſuam id bonum obliuiscat, nec inquam in eadem affectione perſtat, verum propter voluntatis inconstantiam identiſdem inuertitur, atque in diuerſum mutatur.

**C** Hanc vitam, aquas & mare in Scriptura ſacra perſæpe nuncupari reperimus, ut in hoc Pſalmiſta loco, Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. Non enim dubiu eſt, quin per aquas, huiſce vite perturbatione intelligat. Nam nec res ſecunda, ac magno ſtudio a multis expetita, firma ſunt ac ſtabiles: nec ruruſus aduerſa & moleſta firmis radicibus deſixa ſunt: verum omnia fluctibus quibuſdam & turbine, atque inopinatis mutationibus obnoxia ſunt. Quemadmodu igitur fieri nõ poteſt, ut mare ſtatim eundem diu retineat: (nã quod nunc admodu planu & ſtabile eſt, idem aliquãt poſt ventoru impetu exaſperatu cernis: ac ruruſus quod exaſperatu, ac turbine iactatu eſt, alta tranquillitas conſeſtim ſedat:) ad eundem modu res huius vite in vtramque partem facile immutatur.

**D** Nihil in rebus humanis certum ac firmum eſt, nec ad extremum uſque dominos comittatur. Humana hæc umbra imbecilliora ſunt, ſomniis fallaciora. Nam & iuuenilis ætas uernis floribus celerius deſluit: & corporis pulchritudo, vel tempore, vel morbo, conſicitur. Ac diuitie quidem inſida ſunt: gloria autem in contrarium cadit. Artium porro ſtudia una cum hoc tempore finiuntur. Ipſa etiam eloquentia, quam tantopere omnes expectant, aures tantum demulcet.

**E** Opibus circumfluus, atque ob maiores tuos magnifice de te ſentis, ac propter patriæ ſplendorem, & corporis pulchritudinem, honoreſque eos, qui ab omnibus in te congeruntur, animos attollis? Te ipſum conſidera, nempe quod mortalis ſis, atque in terram reuertaris. Circumſpice illos, qui ante te in iſdem ſplendoribus exiſterunt. Vbi ſunt qui potentia atque



authoritate in Urbibus floruerunt? Vbi inuictissimi oratores? Vbi qui publicos conuentus instruebant? Vbi splendidi illi, alendorum equorum studiosi? Vbi copiarum militarium duces, Sarrapae, tyranni? Nonne omnia puluis, omnia fabula? Nonne in exiguis ossibus Vita eorum monumentum fixum est? In specie sepulcra, an discernere queas quis seruus, & quis dominus, quis pauper, & quis diues. Distingue si potes, vincitum a rege, fortem ab imbecilli, pulchrum a deformati. Itaque si naturam in memoria habeas, nunquam te efferes.

Epist. ad Patroph. Homines nubibus similes sunt, quae pro aliis atque aliis Ventis nunc in hanc, nunc in illam aëris regionem feruntur.

Natura nihil est in rebus humanis firmum, & equabile, ac durabile, atque eodem statum constanter manens. Verum res nostrae velut orbe quodam voluuntur, alias alio tempore, saepe etiam uno eodemque die, atque etiam interdum hora, mutationes aduehente: ita ut incertis Ventis, ac nauis magis percurrentis Vestigiis, & fallacibus noctis in somniis breuem voluptatem afferentibus, iisque figuris, quas pueri per ludum in arena fingunt, certior fides fallacia haberi possit, quam hominum felicitati.

Res huiusce Vitae fluxae & caducae sunt, ac velut in calculorum ludo, nunc ad hos, nunc ad illos vicissim voluuntur. Nec quicquam ita possidentis proprium est, quin vel temporis longinquitate finiatur, vel inuidia transferatur.

Nihil inmotum est, quod eademmodum iam dixi, nec equaliter ac certum, atque ad extremum usque simile, non hilaritas, non moestitia, non opes, non paupertas, non robur, non imbecillitas, non potentia, non humilitas, non praesentia, non futura, non nostra, non aliena, non parua, non magna, non denique, quicquid ab illo dici queat. Atque hoc aequale inaequalitas habet, nimirum in bet vita omnibus rebus mutatione. Omnia enim facile comitant, ac recedunt & immutantur: adeo ut prae certius in Ventis, & literis in aqua scriptis fiducia collocari possit, quam in hominum felicitate, qualitatem.

Mortuus sum huic erummosae Vitae, quae, Euripi ritu, sursum deorsumque fertur, ac ne in vitam quidem diem quicquam firmi habet.

Talis Vita nostra est, fratres, qui fluxam & caducam vitam agimus, tale terra ludibrium: ut cum non simus nascamur: cum nati sumus, rursum dissoluamur. In somniis sumus laudati: in instabile, spectri quoddam, quod teneri non potest, transiens auis volatus, nauis in mari Vestigium non habes, puluis, vapor, ros matutinus, flos pro tempore nascens, atque marcescens. Homo sicut foenum dies eius: tanquam flos agri sic effloret. Quam praeclare diuus David his

Psalm. 102. Verbis de nostra imbecillitate philosophatur! quemadmodum & in illis, Paucitatem dierum

Psalm. 38. meorum nuncia mihi. Quinetiam dies humanos palmi mensura circumscribit.

Carm. de vite itin. Multas Vita vias habet erummosa: viarum

Nullum Cunctarumque suo nulla dolore caret.

Nec bona sunt hic vlla malis non mixta: bonorum

Atque utinam non pars cederet ipsa malis.

Diuitiae infidiae, solium quoque fastus inanis:

Vincula pauperies, atque subesse labor.

Fulgure forma breuis magis est, aestusque inuenta

Temporis, & Vita meta senecta grauis.

Sermones celeres, decus aër, robur aprorum.

Et veteri constat sanguine nobilitas.

Ingluuias petulans, Vinculum connubia: cura est,

Si bona sit, morbus, si mala, progenies.

Dicitur inque foro vitium: tranquillaque Vita

Inualida est: artes vilia corda decent.

Angusta est ossa alterius: labor arua secare:

Per mare quot currunt, penè tot orcus habet.

Patria cuique sua est barathrum, terra externa probrum:

Cuncta homini hic risus, cuncta laborque grauis,

Lanugo, spectrum, ros, & leuis Umbra, vaporque,

Flumfi neus luxus, fluctus & aequoreus:

Somnia, fluctuagae nauis Vestigia, Ventus,

Penna celer volitans, puluis, & aura leuis:

Circulus



A Circulus, equali qui motu cuncta volutat,  
Constans atque rotans, fixus & interiens.

Namque anni partes voluit, noctesque diesque,  
Duraque, moestitias, terribilemque necem.

Et morbos, casusque graues, ac rursus amœna  
Gaudia, & optatæ prospera sortis habet.

Nil autem hîc firmum prouidet Christus ut esset:

Quò tua firmorum pectora tangat amor.

Cuncta ego perlustravi animo, noua, priscâque: Verum  
Par nihil esse homini debilitare potest.

B Vnum illi, verumque bonum, certumque putandum est,  
Ut leuis hinc abeat, perferat atque crucem:

Ut ruat in sanctos gemitus, diuinâque curet,  
Huic puris gaudens irradietque Trias:

Carnalem affectum ut soluat: quàmque hausimus ipsi  
Cœlitus effigiem, seruet ut incolumem:

Utque nouam degat vitam, mundumque ruentem  
Cum stabili mutans aspera cuncta ferat.

Hei mihi, quàm plena est hæc mea vita malis!

Quanti sper fimis hæbebo? &c.

C Quæ vita hæc? tumulum à tumulo peto rursus, & ignis  
Post tumulum rursus me tumulabit edax.

Idque ipsum est, quod vino, velut rapidissimus amnis:

Qui sursum exoriens semper ad ima fluit.

Nam magis haud stabilis vita hæc, quæ pulueris instar  
Me tenebrat, Christi fax mihi ne rutilet:

Mœnia sed palans vager huc, illucque, proculque  
Ter miser æthereis sedibus ipse cadam.

Ludus homo (posita verum formidine dicam)  
Numinis est, qualis luditur orbe frequens.

D Larua tegit faciem, qua dempta protinus alter  
Repperior, subitus tingit & ora rubor.

Ut volucres sese in cœlo, nauisque vicissim,  
Prætereo mundum, prætereorque simul.

At scelus usque manet fixum, nec præterit inquam.  
Hoc nihil in vita durius esse potest.

Terrena regio eorum est qui mutationi atque conuersioni obnoxij sunt.

Cum semper aliàs, tum nunc potissimum tempestiuum est dicere, Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas. Vbi præclara consularis dignitas? Vbi læta lampadum collustratio? Vbi ciuitatis tumultus, & populares in equestribus cursibus acclamations? Vbi theatricæ adulationes? Omnia illa abscesserunt: ac repentinus venti flatus excussis folijs nudam nobis arborem ostendit, & ab ipsis iam radicibus nutantē atque iactatam. Tanto enim impetu ventus incubuit, ut penè iam eâ radicibus euulserit, atq; fibras ipsas iam labefactarit. Vbi nunc sunt fucati amici? Vbi assentatorum laruæ? Vbi cœnæ & conuiuia, & parasitorum greges, & vinum per totum diem exhaustum, & varia cocorum lenocinia, & potentiæ cultores, quique omnia ad gratiam tum loquebantur, tum faciebant? Nimirum nox & somnium erant illa

E omnia: atque orto die euauerunt. Verni flores erant: & exacto vere emaruerunt. Umbra erant: & diffluxerunt. Fumus erant: & dilapsa sunt. Bullæ erant: & fracta sunt. Araneæ & tela: & dissecta sunt. Quocirca rursus spiritualē hanc epodē subnectamus, assidue hoc inculcantes, Vanitas Vanitatum, Omnia Vanitas. Hoc dictum, & in parietibus, & in vestibus, Eccle. 1.

& in foro, & in edibus, & in viis, & proforibus, & in ingressu, & in egressu, atq; ante omnia in cuiusq; conscientia nunquam nõ inscriptum esse, atque id perpetuò meditari oportet. Quandoquidem ingens rerum impostura est, & larua, atque hypocrisis apud plerosque

Nihil homine imbecillius. Quid hominibus hic sit.

Car. de ex tern. hom. vict. Ibid.

Vita humana flumino similis

Homo Dei ludus.

Carm. de natur. hum. fragilit.

Cyrilli. Chrys. Ho. de aduers. Eustrop.

Humane prosperitatis imbecillitas.



speciem quandam veritatis gerit. Istud quotidie, & in cœna, & in prandio, & in con-  
 uentibus unumquemque proximo occinere, ac rursus à proximo audire oportet, nimirum,  
 Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas. An non fugitiuas esse diuitias asidue dicebam?  
 Tu verò hac audire non sustinebas. An nos eas ingratum famulum esse prædicabam? Tu  
 verò mihi fidem adhibere recusabas. En tu ipso rerum experimento didicisti, eas non so-  
 lum fugitiuas & ingratum seruum esse, verumetiam carnisicem. Nam illa, ut nunc in me-  
 tu ac tremore verferis, effecerunt. An non, cum mihi vera tibi dicenti succenseres, hoc di-  
 cebam, me maiore erga te benevolentia esse, quam assentatores tuos? An non dicebam, me,  
 dum vitia tua insectarer, atque coarguerem, melius tibi consulere, quam eos, qui tibi obseque-  
 bantur? An non his verbis istud adiungebam, Meliora esse vulnera amici, quam fraudu-  
 lenter oscula inimicorum? Si verba mea, quæ tum tibi vulnera videbantur, audisses, non tibi  
 illorum oscula mortem hanc peperissent. Etenim vulnera mea salutem afferunt: illorum  
 autem oscula incurabilem morbum cœant. Vbi nunc pincernæ sunt? Vbi qui in foro nemi-  
 nem non protrudebant, ac sexcentas laudes apud omnes de te contexebant? Fugam corri-  
 puerunt: amicitiam tuam eiurarunt, ut per tui ignorationem sibi salutem compararent.  
 Ne propius quidem ad te accedere audent. Atque Ecclesia quidem, bello à te lacescita, si-  
 num suum expandit, ac te suscepit: theatra autem à te culta, quorum causa persæpe ad te ser-  
 monem habui, te prodiderunt, atque in exitium coniecerunt. Nec propterea tamen unquam  
 dicere intermisimus, Cur hæc facis? Cur ciuitatem furiosam reddis, atque in præcipitium  
 aris? Et tu omnia cõtempnim præteribas. Ac Circenses quidem ludi, qui opes tuas malè cõ-  
 sumperunt, gladium in perniciem tuam acuerunt: at Ecclesia, quæ importunam tuam ac  
 præter rationem conceptam iracundiam experta est, quaquauersum excurrit, dum te ex  
 his retibus eximere studet. Hæc porro non edico, ut lapsò insultem, non ut vulnerati  
 vlcera lancinem, atque exulcerem, non ut fluctibus iactatum demergam, sed ut eos, qui  
 secundo vento nauigant, doceam pessum nõ ire. Nihil enim rebus humanis imbecillius est.  
 Quamobrem quocumque nomine earum vilitatem appellandam quispiam duxerit, minus  
 dixerit, quam veritas poseat. Etenim sius fumum, siue umbram, siue fenenum, siue insom-  
 nitas, siue vernos flores, siue quocumque tandem alio vocabulo uti malit, Vaniores adhuc  
 illa sunt. Ac præterquam quòd vana sunt, ingens quoque in his periculum ac præcipiti-  
 um est. Ecquis enim hoc homine sublimior fuit? An non orbem vniuersum opum magnitudine  
 superauit? An non ad ipsius dignitatum arces ac fastigia conscendit? An nõ ijs quoque, qui  
 diademate redimiti erant, terrore fuit? An non omnes eius metu ac tremore afficiebantur?  
 At iam, & ijs, qui in vinculis sunt miserior, & ijs qui seruitute premuntur ærumnosior,  
 & ijs qui fame cõtabescunt pauperior est, ut qui in singulas horas gladios acutos, & carce-  
 res, & carnicines cernat, seque ad mortem rapi putet: ac ne quidem istud meminerit, an in  
 illa voluptate unquam fuerit. Quid autem voluptatem dico? Ne ipsos quidè Solis radios  
 sentit, verum in ipsamet meridie, tanquam teterrima nocte circumfusus, lucis vsu caret.  
 Quin potius, quantumlibet contendimus, non tamè, quam perturbationem sustineat, vllò  
 sermone exprimere queamus, ut qui fortasse singulis horis nihil aliud expectet, quam ut  
 ipsi caput amputetur. Hesternò enim die cum eum satellites ex imperatoria aula per vim  
 abstrahere conaretur, atque ad sacrarium perfugisset, buxea erat ipsius facies, nec mortuo  
 homini quicquid præstabat. Dentibus strepebat, ac toto corpore cõtremiscebat. Vox interru-  
 pta erat, lingua fracta & dissoluta: gestus deniq; eiusmodi, qui vel saxeu pectus lachri-  
 mis conficere posset. Atque hæc nõ exprobrandi causa dico, nec ut ipsius calamitati insultem:  
 sed ut animos vestros emolliam, atque ad misericordiam insectam. Quid habes quod  
 incandescas? Quoniam, inquires, is ad Ecclesiam confugit, qui eam perpetuo bello vexauit.  
 Atqui vel hoc potissimum nomine Deum laudare par est, quòd eum in tantam necessita-  
 tem redigi permiserit, ut & Ecclesie robur, & benignitatem cognosceret: robur nimi-  
 rum, ex eo quòd hoste suum supplicem videt: benignitatem autem, ex eo quòd sub alis suis  
 eum contegit, cuius hostilia tela cõtempfit, atque pristinarum iniuriarum immemor suum  
 suum ei perquam indulgenter extendit. Hoc quomò trophæo luculentius, atque illustrius est.  
 Hoc & Gentilibus pudorem incutit, & Iudæos probro afficit: quòd hosti, quem captiuum  
 cepit, ignoscit, ac velut indulgens mater sub velamine suo occultauit, atque imperatoris

Quid sint  
 diuitia.

Pro. 27.

Adulato-  
 res una cum  
 prosperita-  
 re abeunt.

Rerum hu-  
 manarum  
 vilitas.

Eutropij  
 eunuchipò  
 sententia.

Ecclesia  
 clementia  
 & Iudæos  
 & Genti-  
 les pudore  
 afficit.



iracundia, & popularis furori atque acerbissimo odio restitit. Hoc altaris ornamentum est. Quodnam tandem ornamentum, inquis? Nempe quod impurus ac sceleratus homo, atque inexplibili cupiditate ac rapacitate laborans, altaris columnam attigit. At nefas est, inquit, flagitiosum ac rapacem hominem diuinum altare contingere. Cave ista dixeris. Nam & meretrix admodum scelerata atque impura pedes Iesu contigit. Nec tamen hoc nomine Iesum quisquam unquam est criminatus. Neque enim impura puro detrimentum attulit: sed purus impura meretricem contactu suo puram reddidit. Ne quaso iniurie accepta memoria in animo tuo hereat, o homo. Illius enim Domini in crucem acti serui sumus, qui dicebat, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. At, inquis, variis literis ac legibus perfulgum ad huc locum sibi preclusit. Est ita: sed iam re ipsa, quid sceleris commiserit, cognouit: ac legem prius ipse, per ea quae perpetratus est, abrogauit. Atque orbi spectaculum factus est, ac vel tacitus hinc vocem mittit, omnes admonens, & dicens, Ne talia perpetratis, ne talia quoque perpessamini: ac mutus magister per calamitatem existit. Quid? Num tu altare nunc pollui putas? Imo verò nunc robur eius illustre est, atque in primis terribile: quoniam leonem vinculis constrictum tenet. Nam & Imperatoris imagini tum denique magnum ornamentum accedit, non cum in throno sedet, purpuram dumtaxat ac diadema gerens: sed etiam cum sub Imperatoris pede barbari à tergo victi, ac capita in terram demittentes, iacent. Atque omnes huc confluxistis, ut, quam dubia & que incerta humana natura sit, videatis. Nam cum eum, qui vniuersum penè terrarum orbem commouebat, è tanto fastigio deiectum, atque contractum, ac leporibus etiam & ranis timidiorum effectum, & sine vllis vinculis huic columnae tanquam clauis quibusdam affixum, metue ac tremore crudelem in modum constrictum perspiciatis, est profecto cur animi tumorem sedetis, atque inflationem comprimatis, illud vobiscum reputantes, Omnis caro fenum, & omnis gloria hominis tanquam flos foeni. Exsiccatur est fenum, & flos decidit: atque item illud, Tanquam fenum velociter arescit, & sicut olera herbarum citò decident: ac denique illud, Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut umbra praetereunt.

Luc. 23.

Ecclesi. triumphus.

Esa. 40.

Psal. 32.

Psal. 143.

Conturbatur homo: & sinem amittit. Conturbatur: & tanquam nunquam ortus extinguitur. Conturbatur: & priusquam ad tranquillitatem redeat, demergitur. Ut ignis inflammatur: & ut stipula in cinerem redigitur. Ut procella maiorem in modum attollitur: & ut puluis de medio tollitur. Ut flamma exsuscitatur: & ut fumus dilabatur. Ut flos decoris ostentat: & ut fenum marcescit. Ut nubes expanditur: & ut gutta imminuitur. Ut bulla intumescit: & ut scintilla extinguitur. Conturbatur: & diuitiarum caenum tantum secum effert. Conturbatur: ut fetorem lucretur. Conturbatur: ac sine vlllo perturbationis fructu abscedit. Ipsius sunt perturbationes: aliorum deliciae. Ipsius cura: aliorum oblectamenta. Ipsius afflictiones: aliorum fructus. Ipsius direptiones: aliorum voluptates. Ipsius maledictiones: aliorum cultus atque obsequia. Aduersus eum gemitus excitantur: & apud alios rerum copia est. Aduersus eum lachrymae profunduntur: & apud alios opes sunt. Ipse in inferno excruciat: & alij per sepe in ipsius bonis luxu diffluentes cantillant. Veruntamen vanè conturbatur omnis homo viuens. Homo, qui vitam ad breue tempus velut commodatò accepit. Homo, mortis debitum citra moram persolundum: animal voluntate animi que inductione indomitum, improbitas nullo magistro percepta, spontanea & insidiosa. Hominis descriptio.

E dia, callidus ad scelus, ingeniosus ad iniquitatem, procliuus ad auaritiam, inexplibilis ad alieni cupiditatem, iactabundus spiritus, insolenti verborum temeritate praeditus: ferox, sed qui facile fragatur: audax, sed qui facile superetur: arrogans lutum, insolens puluis, inflatus cinis, scintilla quae facile extinguitur, flamma quae facile marcescit, lucerna quae facile euanescit, folium quod facile corrumpitur, fenum quod facile exsiccatur, herba quae facile emoritur, natura quae semper absumitur: qui hodie comminatur, & cras diem extremum obit: qui hodie in opibus, & cras in sepulcro est, hodie in diademate, & cras inter vermes, hodie in thesauris, & cras in tumultu: qui hodie est, & cras esse desinit: qui nunc exultat ac gloriatur, & paulo post lugetur: qui in prosperis rebus intolerando fastu est, & in calamitatibus nullam consolationem admittit: qui seipsum ignorat, & quae supra se sunt curiose inquirat: qui quod praesens est nescit, & de futuris nugatur: qui natura mortalis est, & quae est superbia, sempiternum se putat: illud, inquam, perturbationum omnium peruium domicilium.

Eiusd. in

Psal. 36.

Perturbatio

tionis hu-

mana mi-

seria.

Hominis descriptio.

Homo per turbationum omnium domicilium.



micilium, Variarum febrium ludicrum, quotidianarum calamitatum in gymnasium, promptum F  
maeroris omnis conceptaculum. O quanta est vilitatis nostrae tragedia! quantus infirmitatis  
nostrae triumphus! O quos & quanta dixi: nec tamen quicquam prophetica voce aptius  
admodum atque reperi, dicente, Veruntamen vanè cōturbatur omnis homo vivens. Mi-  
nus profectò quàm cadaver vtilitatis habet ea, quæ in hac vita splèdida & luculèta sunt.

Hgmil. do  
pauit.

Humana  
oia ara-  
nea tela  
imbecilli-  
ora.

Simile.

Præsentia omnia aranea tela imbecilliora, atque in somniis fallaciora sunt. Nã & bona  
& mala finem habent. Cũ ergo exploratũ habeamus, charissimi, præsentia omnia in somni  
cuiusdam instar esse, nõsque velut in diuersorio degere, vt qui omninò hinc exituri simus,  
itineris curam geramus, atque æternæ vitæ viatica nobis cõparemus. Induamus eas vestes,  
quæ nobiscum abeant. Quæmadmodum nemo suam vmbra[m] arripere potest: sic nec res hu-  
manas. Etenim illa, partim in morte dilabuntur, partim ante mortem: atque quous torrènt G  
rapidius fluunt. Contra futura nec mutationem, nec senium norunt. Nulla in ea conuersio  
cadit: Verum sine vlla intermissione florent, atque in varia & multiplici felicitate per-  
stant. Caue eas opes admireris, quæ cum dominis minimè permanent, sed eos subinde mutat,  
atque ab vno ad alterum desiliunt, ac rursus ab illo ad alium. Hæc omnia contemnere ac

2. Cor. 4.

pro nihilo habere cõuenit. Sufficit enim vel id vnum audire, quod ait Apostolus, Quæ vi-  
dentur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Vmbra quavis celerius res hu-  
manæ marcescunt.

Nili.

Nullius perinde rei, vt temporis, penuria laboramus. Atque ars quidem longa, vita  
autem nostra breuis. Imminet vitæ finis: Vigila, ô homo.

Hesichy.

Dormis: & tempus te præterit. Vigilas, ac mentem tuam in rebus vanis distrahis: at H  
interim tamen imminuitur vita tua, etiamsi id minimè sentias, & intelligas.

Folia, & bullas, & fumum, & paleas, & vmbra[m], & puluerem ab area vi venti  
excussam, omnem huiusce cui splendorem appellauit. Terrena enim omnia terram pro fine  
nasciscuntur.

Præsens æuum circum esse cogita. Omnes enim in eo tam mali quàm boni equorum in-  
star currunt, ad suam quisque metam omni celeritate contententes.

1. Cor. 9.

An nescitis, inquit ille, quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus au-  
tem accipit brauium? Ego igitur sic curro, non quasi in incertum. Non igitur abs re præ-  
sentem vitam circum appello.

Crinis canus animæ ex hac vita discessum clamat, ac contestatur. Itaque, quod literis I  
sacris proditum est, præpara opera tua ad exitum. Perspiciendum est enim capitis ac bar-  
bæ regionem ad messem albam esse: ac propediem fore, vt falx quædam spiritalis animã  
tuam à corpore per mortem abscondat, atque ex Domini præscripto in aliena quædam ac  
prorsus ignota loca transfuehat.

Ne nobis imposturam faciant res huiusce mundi, quæ splendoris cuiusdam & clari-  
tatis speciem habent. Prætereunt enim cuncta, nec quicquam omninò ex his, quæ in aspè-  
ctum cadunt, firmum ac stabile est. Cũ itaque per spectum habeamus, nihil ex præsen-  
tibus rebus cum possessoribus suis constanter permanere, nõsque tandem aliquando ne-  
cesse esse tanquam ex hospitio pedem efferre, sit nobis curæ via ea quæ in cælum ducit,

Æterna  
vita via-  
tica.

atque æternæ vitæ viatica nobiscum comportemus, nimirum per preces, per eleemosynas, K  
per lenitatem, per diuinarum Scripturarum cognitionem, per benignitatem & facilita-  
tem erga famulos, ac denique per alias omnes res quas vera ratio dicat.

Philonis.

Nulla ve-  
ra volu-  
ptas ex re-  
bus cadu-  
cis percipi  
potest.

Vt propriè loquar, nec ob pecunias, nec ob amplissima prædia, nec ob gloriæ splendo-  
rem, nec denique ob vllam è rebus externis (vt quæ frigidæ planè atque incertæ sint, at-  
que ex seipsis corruptionem accipiant) voluptatem percipere licet. Quin nec ob robur, ac  
vim neruorum, aliãque corporis dotes, quæ & bonis cum malis sunt communes, & iis  
etiam propter incertitudinem & inconstantiam exitium sepe attulerunt, qui ipsis præ-  
diti erant.

Nullius rei, si verè loquendum est, arbitrium ac potestatem homo habet. Neque enim  
quicquam firmè retinet, nedum aliarum rerum, sed ne suarum quidem, non sanitatem, non  
sentiendi facultatem, non membrorum corporis integritatem, non vocem, non ingenij acu-  
men. Nam quod ad opes, aut decus, aut amicos, aut dignitates, aut alia, quæ fortuita sunt,  
atti-



attinet, cui dubium est, quin parum certa ac firma sint? Itaque confiteri necesse est, verum omnium arbitrium ac potestatem penes Dominum duntaxat esse, qui vnus verè est.

DE BENEFICENTIA: ET QVOD DE omnibus bene mereri, ac proximi onera ferre oporteat, non autem iniuriarum meminisse, sed eum iuuare, ac, quæ malè ab eo gesta sunt, vt par est, arguere, non autem malum pro malo reddere. CAP. XI.



ON videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicias, sed suble-

uabis cum eo.

Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vsuras ab eo, nec amplius, quam dedisti. *Leuit. 25.*

Surrexit autem Dauid post eum, & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Domine mi rex, Et respexit Saul post se: & inclinans se Dauid, protinus in terram adorauit. Dixitque ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitauit vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim, Non extendâ manum meam in Dominum meum, quia christus Domini est. Quin potius, pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animaduerte, & vide, quoniam non est in manu mea iniquitas, neque peccaui in te. Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit, & dixit ad Dauid: Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. *1. Reg. 24.*

Faciens bona, quære gratiam bonam. Ne dilates labia tua, nec dicas: Reddâ malum pro malo. Expecta Dominum, & liberabit te. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si situerit, da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis super caput eius: & Dominus reddet tibi. Viâ memorum iniuriæ, in mortem. Qui iniurias recordatur, flagitiosus est. Qui celat inimicitiam, dolum nescit. *Prou. 20. 25. 12.*

Malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo. *Zacha. 7.*

Quærite bonum, & non malum: & erit vobiscum Dominus. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum ipsius. Dicite his qui oderunt & execrantur vos, Fratres nostri estis: vt nomen meum glorificetur: & videbitur in lætitia vestra, illi autem confundentur. *Amos. 5. Esa. 66.*

Omnis iniuriâ proximi tui ne memineris: & nihil agas in operibus iniuriæ. *Eccli. 10.*

Relinque proximo tuo nocenti tibi: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Memorare timorem Domini, & non irascaris proximo tuo. Memento nouissimorum, & desine inimicari. Commoda proximo tuo in tempore necessitatis suæ: adiua eum pro virili tua. Corripe amicum, ne fortè non fecerit: & si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè, iteret. Homo homini reseruat iram, & à Domino quærit in delam. In hominem similem sibi non habet misericordiam: & de peccatis suis deprecatur. Ipse, cum caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à Deo. *28. 29. 19. 28.*



D. IOANNIS DAMASCENI

*Matt. 5.* Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & vade, recõciliare fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuum. Si dimiseritis hominibus peccata sua, remittet etiam vobis pater vester coelestis. Quod si non remiseritis, nec pater vester remittet vobis peccata vestra. Tunc Petrus accedens ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dixit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagesies septies.

*Ibid.* Simile factum est regnum coelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum coepisset rationem ponere, oblatuſ est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius vendari, & vxorem eius, & filios, & omnia quae habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnũ de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quae fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nõne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miseris sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

*Ibid.* Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum: & si eum poenituerit, dimitte ei. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit, dicens, poenitet me, dimittes ei.

*Rom. 15.* Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmiorũ sustinere, & non nobis ipsis placere. Vnusquisque vestrum proximo placeat in bonum ad aedificationem. Et enim Christus nõ sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia exprobrantium tibi ceciderunt super me.

*Rom. 12.* Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona coram Deo & hominibus. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

*Gal. 5.* Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne inuicem etiam consumamini. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

*Eph. 4.* Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Christus donauit nobis. Estote ergo imitatores Dei, tanquam filij charissimi, & ambulate in charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

*1. Pet. 3.* Quis vobis nocebit, si boni amulatores fueritis? Quod si patimini propter iustitiam, beati eritis. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, contra autem benedicentes: quoniam in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditetis.

*1. Ioan. 3.* Charissime, noli imitari malum, sed bonum. Qui bene facit, ex Deo est: qui autem male facit, non videbit Deum.

*Basil. simile.* Quemadmodum splendor lucem sponte sequitur, & vnguentum fragrans odor: sic etiam probarum actionum vtilitas necessario comes est. Qui bono operi student, in ipso bono opere hoc habent, vt Deo grati acceptique sint.

Nemo



A Nemo ignoracionem in bono causetur. Etenim naturalis ratio nobis insita est, que Crassa i-  
 amorem boni, & auersionem ab his, que noxia & pestifera sunt, nobis ostendat. gnorantia  
 in. inuat.

Qui pro alterius peccato calentes lachrimas profudit, is, dum fratrem deplorauit, sibi  
 ipsi medicinam attulit.

Scis quonam pacto de proximo bene merearis? Id ei facito, quod ab eo tibi fieri cupis.

Qui fratris sui peccatum susque deque fert, nec illud reprehendit, in eadem crudelitate  
 versatur, qua is, qui in homine a venenata bestia icto virus relinquit.

Proximi casum ne ride: Verum ipse quidem, quam tutissime poteris, incede: ei autem, Na'ian.  
 qui humi iacet, manum porrige.

B Ignoscamus, ut nobis ignoscatur. Remittamus, ut remitti nobis posulemus. Emitte  
 tu, cui dimissum est. Misericordia afficere, qui misericordiam es consecutus. Benignitate,  
 dum licet, tibi compara.

Concedamus quippiam: ut, quod maius est, recipiamus, nimirum concordiam. Ceda-  
 mus, ut vincamus. Videte lucte leges, & athletarum pugnas: qui hoc ipso, quod humi ia-  
 cent, plerumque is, a quibus prostrati sunt, victoriam extorquent.

Expedit audaciam benignitate vincere, atque eos, a quibus laedimur, meliores redde-  
 re, per id videlicet, quod iniurias acceptas a quo animo ferimus. Orat. ad  
 Cives Na-  
 tian.  
 In Tetrast

Pœne nihil si vindici debes Deo,  
 Nec debitori lenis ipse sis tuo.

C Debere sin te non negas, ignoscito.  
 Veniam rependit nam Deus clementia.

Pristino amori plus tribuo, quam presenti contemptioni. Ac propterea leniorem me  
 præbeo, ut acrius postea exprobrem.

Satis superque mihi supplicij est aduersus eos, a quibus iniuria affecti sumus, ut ciscē-  
 di potestas. Inuett. 2.  
 aduers. In

Non te inanis hæc oratio in fraudem impellat, nempe iustam ultionem culpa carere, ac  
 licere eum, a quo iniuriam acceperis, in iudicium trahere. li. Apost.  
 Iustavltio  
 culpa non  
 caret.

Magnum nobis benignitatis atque clemētia questum propositum esse existimemus. In-  
 iurias nobis illatas condonemus: ut nos quoque veniam consequamur.

D Benignitatis dogma quod contractius?  
 Quales apud te proximos esse experis,  
 Sis talis ipse. Sin adhuc quiddam petis  
 Breuius, habeto dura Christi vulnera.

In Tetrast

Alij aliorum peccata obseruamus, non ut lugeamus, sed ut nouam plagam inferamus,  
 atque ex alienis vulneribus excusationem nostris malis nanciscamur. Orat.  
 Apolog.

Quo fortior es, eo quoque te imbecilliolem ferre aequius fuerit. Neque enim eum, qui ro-  
 bore præstet, sibi ipsi tantum, sed aliis quoque robustum esse oportet. Quod si, cum te fortem  
 profitearis, illius tamen imbecillitatem nihil curas, duplicem sanè pœnam dabis, tum qui a mul. ha-  
 illi non pepercisti, tum quia magnam parcēdi potestatem habebas. Vnusquisque enim pro-  
 bent.

E curande proximi saluti obnoxius est. Ob eam causam non nostra, sed aliorum commoda  
 spectare iussi sumus. Pretio empti sumus. Qui autem nos emit, hoc nobis ad communem  
 omnium vtilitatem indixit. unusquis-  
 que proxi-  
 mi salutē  
 procurare  
 debet.

Non solum pro delictorum modo increpatio adhiberi debet, sed etiam peccantium ani-  
 mus considerandus est: ne alioqui, dum quod perruptum est, sarcire studeas, grauiorem scissu-  
 ram facias. 1. Cor. 7.  
 Lib. 2. de

Hoc unum nobis proponamus, fratres, non ut nihil mali ab inimicis patiamur, sed ut Sacerd.  
 nullo malo eos mulctemus. Cum hostē tuum in potestatem tuam redegeris, nō id age, ut eū  
 malè acceptum, ac sexcentis maledictis aspersum, dimittas, sed ad probitatem & lenita-  
 tem eum reducās: nec ante absiste, quam mansuetudine tua crudelitatem ipsius viceris.  
 scendend.

Tum demum maior nobis a Deo merces rependetur, cum hostes innumeris beneficiis cō-  
 sis.

C



plexi, contraria receperimus.

Quid in  
iniuria ac  
cepta con-  
siderandū

Cum in mentem nobis venerit, quid iniuriarum à conseruis acceperimus, consideremus etiam quæ aduersus Dominum commisimus. Ita fiet, ut nostrorum peccatorum metu iracundiam ob aliena peccata conceptam confestim propellamus. Nam si peccata in memoria habere oportet, nostrorum duntaxat meminisse opus est. Si nostrorum meminerimus, nunquam aliena recensere in animum inducemus.

Ex Eucha-  
ristia ad  
suis proponitur.  
Quid autem cause est  
quamobrem maclatus sit? Nimirum ut quæ in cœ-  
lenitatem  
& quæ in terra sunt, pacificet, tibi que angelorum amicitiam concilier.  
& patie-  
ntiam exci-  
tari debe-  
mus.

Ioan. 13.

Si aduersus hostem offensionis aliquid habes, exime mœrorem, sed iracundiam, comprime inimicitiam: ut à sacrosancta mensa medicinam sumas. Ad tremendum & sanctum sacrificium accedis? Ipsum oblationis argumentum te commoueat. Maclatus Christus proponitur. Quid autem cause est quamobrem maclatus sit? Nimirum ut quæ in cœ-

lenitatem & quæ in terra sunt, pacificet, tibi que angelorum amicitiam concilier. Ne quis igitur Iudes sit, ne quis improbitatis plenus, ne quis virus in animo conditum habens: ne alioqui in condemnationem suam accipiat. Tum enim, postquam oblationem suscepit, diabolus in Iudam impetum fecit: non quod dominicum corpus contemneret, sed ut in Iudæ impudentiam insiliret. Ex quo illud intelligimus, diabolum in eos præsertim impetum facere, qui diuina mysteria indignè percipiunt, quemadmodum tum in Iudam. Siquidem ut honores iis, qui digni sunt, utilitatem afferunt: sic contra eos, qui indignè sumunt, in maiorem cruciatum conuiciunt. Hæc porro non eò à me dicuntur, ut vos terrore afficiam, sed ut cautos ac diligentes reddam.

Eucharis-  
tia sum-  
pturi à pro-  
ximi odio  
alieni esse  
debent.

Cum tu infestum in conseruum odium retincas, quoniam tandem pacto ad pacis mensam accidere queas? Etenim Christus ne mortem quidem pro te oppetere recusauit: at tu ne tua quidem causa iram conseruo remittere sustines. At, inquis, grauissimis incommodis ac detrimentis ab eo sum affectus. Quid propterea? Dammum hoc in pecuniis tantum situm est. Nondum te in crucem egit, quemadmodum Christum Iudæi. Et tamen ille ipsummet sanguinem, quem effudit, in eorum, à quibus profusus est, salutem dedit. Quidnam tandem dicere queas, quod cum hac re conferri possit? Si hosti tuo iniuriam non remisit, non illum magis, quam te ipsum, læseris. Siquidem illum in præsentis duntaxat vita male mulctaueris: at tibi ipsi, tum cum in futuro die causa dicenda erit, veniam omnem præcluseris. Nihil enim Deus perinde odit, ut hominem iniuriarum

Nihil tam  
odit Deus  
quam in-  
iuriarum  
memore.

Mat. 5.

Methodij.

Corrumpi

præstat

quam cor-

ripere.

Euaerij.

Eusebij.

Iniuriarū

memoria

grauissi-

imum pec-

catum est.

Animus

ulciscendi

cupidus

nunquam

peccato

vacat.

memorem, ut cor tumidum, ut animum inflatum. Audi quippe quid dicat: Cum offers munus tuum ad altare, & recordatus illic fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ad altare, & abiens reconciliare fratri tuo. Quid ais? Remittam? Maxime, inquit ille. Nam ut pax cum fratre sanciretur, ipsum quoque sacrificium extitit.

Præstabilius esse censo corripere, quam corripere: quanto videlicet maius est ac præstantius quinquam malo liberari, quam ut ipse alium liberet?

Reprehensionem temperatam esse oportet: sic nempe, ut rem quidem ipsam dicas, verum te metu affici similes: perinde videlicet atque eruditi medici secans ferrum are occultant.

Cum omne peccatum graue est, tum nihil grauius iniuriarum recordatione, atque auaritia. Non dixit fornicationem idolorum cultum esse, sed auaritiam. Soror porro auaritiæ iniuriarum recordatio est. Graue enim hoc peccatum est, & nefarium. Etenim reliqua peccata, etsi mala sunt, tamen ad breue duntaxat tempus durant, ut quæ vnius horæ momento peragantur. Stuprum perpetravit quispiam? Vna hora perpetrato hoc malo, reliquas horas quiescere potest. Furtum admisit quispiam? Vna hora hoc scelere admissio, deinceps penitentiam fortasse agit. Cædis crimine sese constrinxit aliquis? Malum est id quoque. Cæterum vna hora commisso hoc facinore, reliquis horis eum penitere potest. At qui iniuriarum memor est, singulis horis peccat, ac vitium in pectore circumfert. Etiam si in templum ingrediatur, non tamen puras ad Deum preces mittere potest, cum prauo & infesto in proximum animo sit. Animus iniuriarum memor nunquam à peccato purus est: nunquam eleemosynam impertit. Nam qui charitatis expers est, nec misericordia commouetur, nec opitulatur. Qui probus atque innocens est, ho-

stem



A. *stem non habet: qui autem acceptam iniuriam recordatur, nunquam hoste caret, vt qui propriam conscientiam hostem habeat.*

DE IMPIIS ET PECCATORIBVS, ET  
malis & improbis viris, atque iniustis & flagi-  
tiosis. CAP. XII.

B



ON acquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus *Deut. 32.*  
vt miserearis & occultes eum, sed statim interficies. Sit pri-  
mum manus tua super eum, & post te omnis populus mit-  
tat manum. Propter impietatem cordis gentium Domi- 9.  
nus exterminabit eos ante faciem tuam: non propter iusti-  
tiam tuam, nec propter sanctitatem cordis tui introibis, vt hæ-  
reditate possideas terram ipsorum, sed propter iniquitatem gen-  
tium istarum Dominus exterminabit eos ante faciem tuam. Deum, qui te ge- 32.  
nuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Dominus non ignoscet 29.  
ei: sed quam maximè furor eius fumabit, & zelus contra hominem illum.

Exterminate gentes has à facie vestra, & non erunt vobis in laqueos, & in *Iosue. 23.*  
scandala, & in clauos in calcaneis vestris, & in sudem oculis vestris, quia non au-  
dieritis vocem Domini Dei vestri. Et erit quemadmodum Deus delectatus  
C est in vobis vt faceret vobis bona, ita delectabitur Dominus in vobis vt vos ex-  
terminet.

Ab iniquis egreditur iniquitas.

Factum est autem sermo Domini ad Iehu contra Baasa, dicens, Pro eo quod *3. Reg. 16.*  
exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populum meum Israël, tu autem  
ambulasti in viis Ieroboam, & peccare fecisti populum meum Israël, vt me irrita-  
res in peccatis eorum: ecce, ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus  
eius: & faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabat. Qui mortuus  
fuerit de Basa ciuitate, comedet eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regio-  
ne, comedent eum volucres cœli.

D Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit *Iob. 20.*  
vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum  
in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent, Vbi est? Furor super peccatores  
irruet: & tunc cognoscent vbi est eorum materia. Qui seminant iniqua, dolo- 4.  
res metent: à præcepto autem Domini peribunt: & à spiritu iræ ipsius delebun-  
tur. Ante faciem impiorum quis fixit? Lux impiorum extinguetur. Facies 18.  
impiorum ignominia replebitur. Tota vita impij in cura est: cum putabit om- 15.  
nia sibi pacata esse, veniet ipsius subuersio. Spes impij peribit: deserta enim erit 8.  
ipsius domus. Scena ipsius vt araneæ tela futura est. Dies iræ superueniet ipsi.

Lucerna impiorum extinguetur: veniet autem ipsius subuersio, & erunt sicut  
E paleæ à vento. Oculi impiorum tabescent: spes enim ipsorum perditio. 21.

Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Non habitabit iuxta te ma- *Ps. 10. 5.*  
lignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Consumetur nequitia  
peccatorum, & diriges iustum. Contere brachium peccatoris & maligni. 7.

Periit memoria eorum cum sonitu. Pluet super peccatores laqueos, ignis 9.  
& sulphur. Multa flagella peccatoris. Vultus autem Domini super facien- 10.  
tes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Mors peccatorum pessima: & 31. 32.  
qui oderunt iustum, delinquent. Inimici Domini simul atque honorati fue- 36.  
runt & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Vidi impium  
superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: & transiui, & ecce non erat.

Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Quid 42. 51.



D. IOHANNIS DAMASCENI

54. gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Molliti sunt sermones eius sicut per oleum: & ipsi sunt iacula. Alienati sunt peccatores à vulua. Laetabitur iustus, cum viderit vindictam, &c. Protege me à còuentu malignantium, &c.
67. Sicut fluit cera à facie ignis: sic pereant peccatores à facie Dei. Retribuet Dominus secundum iniquitatem eorum, &c. Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint. Desiderium peccatorum peribit. Ecce qui elongant se à te, peribunt. Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Omnes peccatores disperdet.
- Prou. 5.* Iniquitates sua capiunt impium: & funibus peccatorum suorum constringitur. Peccantes persequantur mala. Via impiorum peribunt. Via impiorum tenebrosa, & nesciunt vbi corruant. Generatio qua pro gladiis dentes habet: & commendit molaribus suis, vt comedat inopes de terra. Promptum est impiorum exitium. Quocunq; introierit impius, exterminatur.
10. Fructus impiorum subuertit Dominus. Impius facit opera iniusta. Os impiorum operit luctum praematurum. Contritio impiorum paupertas. Quasi tempestas transiens, non erit impius. Persecutiones impiorum in mortem. Lucerna impiorum peccatum. Opera impiorum longè à cognitione. Impius facit opera iniquitatis. Seruatur impius in diem malum. Iniusti breui peribunt. Accipere personam impij non est bonum. Fugit impius nemine persequente. Lingua iniusti peribit. Impius non habebit fiduciam. Sacrificium impiorum abominatio Domino. Via mali, & pes iniqui peribit in die malo. Abominatio Domino via impij. Propterea quod iniuriam inferebant paruulis, interficientur. Anima impij nullam apud vllum hominem misericordiam inueniet. Vt acetum dentibus, & fumes oculis, sic iniquitas vtentibus ea. Maledictio Domini in domibus impiorum.
10. Domus impiorum delebuntur. Longè abest à peccatoribus Deus. Immundus est coram Deo omnis iniquus. Vae ipsis, quia resilierunt à me: miseri sunt, quia impiè egerunt in me. Consummatio in impios veniet.
3. Infirmabuntur impij: & tollam iniquos à facie terrae, dicit Dominus.
- Esa. 1.* Audi caelum, & auribus percipe terra: quia Dominus locutus est. Eritis velut quercus defluetibus folijs, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupae, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat. Impiorum vrbs in seculum non aedificabitur. Mandabo orbi mala, & impijs peccata eorum. Non manebit in aeternum semen malum. Ecce venit dies Domini cum furore & ira, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Terra impiorum cadet: tremor apprehendet impios. Tollatur impius, ne videat gloriam Domini.
13. 26. 48. 57. 66. 29. ni. Non est gaudere impijs, dicit Dominus. Si à me abscedas, plus aliquid habebis, dicit Dominus. Iniquus qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert simulam, quasi qui sanguinem suillum offerat. Vae impio: quia secundum opera sua dabitur ei. Erunt sicut puluis tenuis à turbine diuitiarum impiorum, & sicut fauilla pertransiens. Et erunt sicut punctum. Et erunt sicut somnium visionis nocturnae omnes diuitiae gentium. Et erunt sicut qui in somno bibunt & comedunt, & cum experrecti fuerint, vanum est somnium ipsorum. Et sicut somnium sicut sitiens vt bibens, & expergefactus adhuc sitit, & anima eius in vanum sperauit, sic erunt diuitiae omnium gentium.
- Hier. 15.* Dixit Dominus ad me, Ne roges pro populo hoc, quoniam si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et erunt in visionem omni carni.
- Esa. 66.*
- Hier. 2.* Nunquid obliuisci potest virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciae pectoralis sui? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris.

Hæc



- A** Hæc dicit Dominus: Ipsi ædificabunt, & ego destruam. Mal. 1.  
 Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cū eo qui fecit, exterminabitur. Spes impiorum tanquā lanugo quæ à vento circumfertur, & ut fumus, qui à vento dissipatus est. Nationis iniquæ diræ sunt consummationes. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Et de his quæ videntur, non potuerunt intelligere eum qui est: neque operibus attendentes, agnouerunt artificem. Miseri: & in mortuis spes illorū est. In impiis vsque ad finem misericordiæ expers furor superuenit. Sap. 14. 6. 5. 3. 13.
- In synagoga potentium exardescet ignis. Vindicta impiorum ignis & vermis. Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad pœnã impiorum creata sunt. Eccli. 16. 7. 39.
- B** Mors & contentio & gladius & flagrum aduersus peccatores creata sunt. Væ vobis homines impij, qui dereliquistis legem Domini. Luctus mortui septem diebus: stulti autem & impij omnes dies vitæ illorum. Ut gladius anceps omne peccatum. Non sibi complacet Altissimus in oblationibus impiorum. Quasi à facie colubri fuge ab omni peccato. Nam si accesseris ad illa, fuscipientes dentes leonis dentes ipsius, interficientes animas hominum. 22. 21.
- Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor ipsis, Quia nunquam noui vos. Discedit à me omnes qui operamini iniquitatem. Mat. 7.
- Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum. 1. Jo. 8.
- C** Me miserum, qui ne illud quidem meminerim, Deum mentem cernere, atque animæ vocem obseruare. Hostis meus ad peccatum me adiuuans, hoc mihi proponit, Deum ad misericordiam propensum esse, meque peccantem toleraturum. Ac minimè statim percussus, non propterea finem peccandi feci, verum potius veniam contempsi, ac Dei lenitatem animique æquitatem consumpsi. Petri.
- Quemadmodum colliguntur zizania, & igni cõburuntur: sic erit in consummatione seculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno ipsius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Et iacent eos in caminum ignis. Illic erit fletus & stridor dentium. Tunc dicet his qui à sinistris erunt, Discedit à me maledicti in igne æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius.
- D** Malus homo de malo thesauro cordis profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Mat. 12.
- Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Non enim colligunt ex spinis ficus, neque ex tribulis uuas. 7.
- Stipendia peccati, mors. Rom. 6.
- Concupiscentia cū conceperit, parit peccatum. Peccatum autem cū consummatum fuerit, generat mortem. Iac. 1.
- Qui facit peccatum, ex diabolo est: quia ab initio diabolus peccat. 1. Jo. 1.
- Quorundam peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quorundam autem & subsequuntur. 1. Tim. 5.

*Acerbissimus cruciatus, apud eos qui mente præditi sunt, est à Deo seringi.* Basil.  
*Impietas proprie appellatur peccatum illud, quod in Deum committitur.*  
*Fieri non potest ut quispiam à recta via deflectat, nisi animus ipsius Dei obliuione prius laborarit.* Dei obliuio peccatorum causa est.  
*Ne quis ex ijs, qui falsas de Deo opiniones habent, existimet gratas atque acceptas esse laudes eas, quas in psalmodum cantione ad Deum transmittit.* Dei ignoratio animæ.  
*Dei ignoratio mors est animæ.*  
*Cui væ? cui tribulatio? cui animi anxietas & tenebræ? cui æterna condemnatio? An ma mors non ijs, qui à fide descuerunt, eamque abiurarunt? Quodnam autem abnegationis indicium est? An non quia pacta sua abrogarunt? Quemadmodum enim diuinæ fidei cõfessio* An ma mors. Hom. ad hort. ad Bapt.



beatitudinem piis promissam conciliat: sic eiusdem inficiatio impietatis pœnae obnoxium F  
hominem reddit.

Hom. in Psal. 33. simile. Immitter angelus Domini. Omnibus qui Domini fidem amplexi sunt, angelus semper præsto est: dummodo cum per flagitiosa opera minimè propellamus.

Ut enim fumus apes in fugam vertit, & fœtidus odor columbas pellit: sic etiã luctuosum ac fœtidum peccatum custodem nostrum angelum.

Hom. in Psal. 48. Qui laboravit in hoc seculo, viuet in finem. Qui autem in deliciis atq; omni voluptatis genere & mollitie degit, purpurãque & bysso induitur, & splendide quotidie epulatur, nec virtutis adipiscendæ causa quicquam laboris subire vult, is nec laboravit in hoc seculo, nec viuet in futuro: verum vitam eminus videbit, pœnas dans in camino ignis.

simile. Quemadmodum umbra corpus, sic peccata animas comitantur, atque commissa flagitia perspicue repræsentant. G

Hom. 2. in Hexa. Nondum condemnatio fertilitati terræ impedimētum afferebat. Antiquior enim hæc erat peccato, quod ea pœna nos multauit, ut panem nostrum in vultus nostri sudore comedendum habeamus. Ceterum rosa olim spinæ expers erat: post autem floris elegantia

Cur spina rosa adiuncta est: ut fructus iucunditati vicinum mœrorem habeamus, sicq; peccati nobis in mentem veniat, quo factum est, ut terræ spinas & tribulos nobis proferre necesse sit.

Hom. 6. in Hexa. Si Solis cõspectu satiari nõ possumus, qua tãdẽ pulchritudine est sol ille iustitiæ? Si cæco detrimētũ est Sol illi nõ cernere, quãtũ tandẽ peccatori damnũ est vera hac luce orbari?

Ex Canon. Graue peccatum est, utpote quod animam in inferni profundum deprimat. Quod peccamus, non aliunde nobis oritur, quãtã quod Dei metus a nobis absit. H

Alhort. in Bapt. Si bonum est peccatum, ad extremum vsque ipsum ferua. Si autem perniciosum est ei a quo perpetratur, quid in his, quæ exitiosa sunt, perseveras?

Nemo bilem euomere querens, id agit, ut per malam & intemperantem victus rationem eam sibi copiosius aggerat.

Salutis negotium nõ esse differendam. Dilationis tuæ causam intelligo, etiam si eam verbis obtegas. Res ipsa clamant, ut voce obticescas. Sine, ut ad turpia & obscœna oblectamenta carne abutar, ut in voluptatum cœno voluter, ut manus cruentem, ut aliena eripiam, ut versutè ac subdolè incedam, ut peierem ac mentiar: ac tum pœnitentiã agam. Vide, ne dum spe veniæ peccatorum agmen colligis, peccatum quidem cumules, veniam autem minimè consequaris.

Deus non irridetur. Ne in salutis negotio callidum quendam negotiatorem te præbeas. I

Permiciosa est voluptas. Ne dicas, Lex quidem bona est: sed iucundius peccatum. Voluptas diaboli hamus est, ad exitium trahens. Voluptas peccati mater est, mortis stimulus. Voluptas æterni vermis nutritrix est: quæ ad breue quoddã tempus peccantẽ saginat: post autẽ felle amarior digeritur.

Nihil aliud clamat dilatio, quãtã ista: Regnum in me teneat peccatum: postea regnabis quoq; aliquando Christus. Exhibebo mœbra mea arma iniustitiæ ad iniquitatẽ: deinde exhibebo etiã ea quoq; arma Deo. Sic nimirũ Cain quoq; sacrificia offerebat: nõpe prima ac

Dilatatores Caino similes. præstantiora vsui suo ac voluptati, secunda ac deteriora creatori ac donatori Deo. Cum viribus ad operandũ polles, iuuenilẽ tuam atatem in peccatis consumis: cum instrumenta elanguerunt, tum Deo ipsa offers, hoc est cũ nulli iam vsui sunt: verum ut iaceant necesse est, fracto videlicet ac debilitato vigore, propter tabem ex temporis longinquitate con-

tractam. Atqui senilis castitas nõ est, verum libidinis impotentia. Mortuus corona nõ donatur. Nemo ob perpetrandi mali imbecillitatẽ iustus censendus est. Dum viribus vales,

psal. 30. fac rationis ope peccatum vincas. In hoc enim virtus sita est, ut quis declinet a malo, & faciat bonũ. Nam alioqui abstinere a peccato, per se eiusmodi est, ut nec laudem nec pœnã mereatur. Si propter ætatẽ duntaxat peccare desinas, infirmitati gratia habenda est. Por-

ro eos demum laudibus afficimus, qui voluntate atque animi inductione boni sunt, non qui necessitate quadam peccare prohibentur. Iam, quis tibi vita metam præfixit? Quis tibi senectutis spatium præstituit? Quis apud te ita certus ac locuples futurorum sponsor est?

Non vides infantes morte abripi? non atate florentes abduci? Non vnus idemq; vita terminus omnibus præscriptus est. Quid expectas, dum febris beneficio tibi pœnitentiã contingat: cum videlicet nec loqui, ac fortasse ne quidem audire poteris, non manus in cœlum

ibid. Pro. 1. tollere, non in pedibus stare, non adorationis causa genu flectere?

Nemo te seducat inani b<sup>o</sup> verbis. Irruet enim in te repentina calamitas, & interit<sup>o</sup>, qua-



**A** si tēpestas ingruet. Venit tristis angelus, q̄ animā tuā peccatis cōstrictā per vim abducit ac pertrahat, idē dē ad res huiusce vitæ oculos retorquentē, ac citra vocem illā ingemiscētē, nimirū luctū organo iā præcluso. O quā rei psū lacerabis, quātū luctū excitabis, quātū te licet incastrū, præteritorū pœnitēbit, cū iustorū in præclara illa donorū distributione niteant. Latitiā, ac peccatorū in densissimis tenebris mœstitiā cernes! Qualis tū in cordis cruciatu tua oratio erit? Me miserum, qui grāue hoc peccati onus nō abiecerim, cū tū facile ac prōptum esset id excutere: Verū malorum horum sarcinā mecū pertraxerim. Me miserum, qui vitiorum labes nō eluerim, sed scelerib⁹, rāquā notis quibusdā, me cōpunxerim. Nunc Impiorum cum angelis essem, nunc cœlestib⁹ bonis magna cum voluptate fruere. O improba consistētia! Propter breuē peccati incurritatē sempiternis cruciatib⁹ afficior. Propter carnis volubilitatē in ignē cōjicior. Iustū Dei iudiciū est. Vocabar: nec obsequabar. Docebar: nec animū sermo adijciebā. Assuerabat mihi: & ego irridebā. Hæc, & alia idē dices, calamitatē tuā deplorans, si morte præreptus fueris. Peccati labores gehēne labor & mœstitia expectat.

**B** Mihi propter te collachrimare subit, o homo, cum te ignominiosa opera magna Dei gloria anteferre cogito, ac, dum propter libidinis & intemperantiæ suauitatem a peccato ad baptisimū non potes, te ipsum a bonis in pollicitatione reconditis excludere, ne videas bona cœlestis Hierusalē. Illic angelorū myriades, promogenitorū celebritas, Apostolorū throni, Prophetarum subsellia, Patriarcharū sceptrā, Martyrū coronā, iustorū encomia. In horum numerū cooptari fac quæso concupiscas, ablutus nimirum, ac per Christi donum sanctificatus. Aut gehennam time: aut adipiscendo regno stude. Ne vocationem tuam asperneris.

**C** Promptum ac procliuē est vitium, etiam nullo trahente. Solers ad inuenienda mala est impietas, atque ad aggrediendū aliquid mirē audax. Et verò quoniam pacto hominibus parcerent, qui diuinitati minime pepercerunt?

Hoc primum nomine homo se pœnæ obnoxium Deo reddidit, quod ab effectuore suo defecit, atque ad aduersarium transfugit. Etenim a naturali domino profugit, ac se apostata mancipauit. Deinde autem, quia malam peccati seruitutem voluntatis libertate potiore habuit, priusque duxit ab exitiosa potentia tyrannide opprimi, quā Deo seruire.

Institio in malo, progressionis ad virtutem initium est. Nulla alia mali substantia est, quā disunctio a bono. Peccatum, dum committitur, pudoris aliquid adiunctum habet: cum autem admissum est, eos, qui id admisserunt, impudentiores reddit.

**D** Non affligi, sed peccare, malum est. Hæc demum afflictio grauis est. Non ij duntaxat, qui impiē se gerunt, sed ij etiam, qui cum alios ab impietate abducere queant, ob segritiam tamen ac socordiam id facere recusant, eadem pœna afficiuntur. Ne roges pro populo hoc, inquit Deus ad Hieremiam. Quoniam si steterint Moyses & Samuel, non exaudiam eos. Ex quo intelligi datur, peccata quadam esse, quæ veniam omnem excedant, nec excusationem ullam consequi possint.

Nihil exitiosius est, quā a Deo ita deferri, ut nulla nostri cura & providentia tangatur: nec ullum ob grauisima crimina grauius supplicium irrogari potest, quā ut qui a Deo deficiatur & orbetur. Qui enim seruatoris Dei ope ac presidio caret, hic sub hostium ac prædonum potestate est.

**E** Itane tandem, cum rex terrenus, etsi ab omnibus minimē videatur, tamen per leges & edicta, & auctoritatem ac potentiam & imagines esse credatur, Deum tamē per opera atque potentiam intelligi non vis?

Deum ignorātes, propterea cū non ledemus: verū nos ipsos eius amicitia priuabimus. Nulla inquam hæresis de Ecclesia triumphauit: verum semper quidem fuit: at postquam aliquantum progressa est, statim euanescit.

Vt oculus turbatus, sic anima quoque a repugnantibus naturæ dogmatibus infecta & conspurcata, veritatis lucem planē intueri non potest. Quin ne ea quæ ad pedes sunt, uident. Nam & in turbida aqua testudines quoque oculis orbatas reperiri aiunt.

Effrenata prosperitate morbus cum sapientia coniunctus præstantior est. Qui, cum multa peccent, nullis tamen supplicis afficiuntur, in metu ac timore uersari debent. Etenim per impunitatem ac lenitatem Dei, pœna illorum incrementum capit.



Sceleratus quisque, quod iustum est, malum dicere consuevit.

*Maxim.* Si nihil mali admittis, nihil prorsus est quod extimescas. Sin malè ac sceleratè viuis, iudicem time.

*Sili.* Si inter serpentes, alios aliis atrociores inuenimus, non est dubium, quin inter vitia quoque alia aliis grauiora sint, atque item inter demones alij aliis improbiores.

Cum animus per peccatum ab inescantibus impuris demonibus facile interimatur, aptè profectò locutus est is qui dixit, Capior tanquam leo ad cædem.

Bonum suapte natura sursum fert, malum autem, cum qui malo delectatur, ad ima detrahit: quemadmodum etiam ait Salomon, Pedes stultitiæ, eos, qui ipsa videntur, in infernum demittunt.

*Diabolus p* Per Babylonem nō, nunquam diabolus intelligitur. Quandoque anima ex variis tēta- **G**  
*Babylonē* tionibus concreta, atque conflata. Interdum mundus, ob eam confusionem & ludibrium  
*interdum* atque imposturam, quæ in ipso versatur.

*designa-* Quidam, etiam sine ulla aduersitate ac necessitate, diuino desiderio atq; amore impulsus,  
*tur.* ad Deum accedunt, fugam relicta iis rebus, quæ in hoc mundo pulchræ & iucundæ videtur.

*stupiditas pecca-* At tu, rotæ arumnis percussus, adhuc obstinatus hæres, ac res cū materia coniunctus ample-  
*toriu.* cteris: cumq; peccatis præferis, id tamen sentire nō vis, sed quasi instructa acie Deum, homo mi ferrime, ad iracundiam prouocas.

Si sensu præditus esses, res ipsæ huius vitæ te impellerent, vt ad Deum confugeres, ac salutem obtineres. At quoniam velut sponte in malo langues, vide quæ te arreptura sunt, vt in medio rerum mundanarum pessima morte vitam claudas, atq; ad futurum æuum omni virtute vacuus abeas. **H**

Studiorum tuorum fructus ipse comedis. Etenim ab Esaia dictum est, Ipsi comedent opera malitiæ suæ. Porro cum peccatus improbitate informatur, execranda cogitationes ex eo profiliunt.

Perridiculum fuerit, quadrupedibus quidem imperare, à peccato autem in seruitute teneri.

*Peccatores* Peccatores omnes πολλοί ποιοι, hoc est multiplices, dicuntur. Alius enim modus est forni-  
*πολλοί ποιοι* cationis, alius iræ, inanis gloriæ, inuidiæ, recardationis iniuriarum, ac reliquorum item  
*psal. 67.* vitiorum. Contra iusti μόνος ποιοι, hoc est vniuersi sunt. Eoque nomine ait beatus Dauid, Dominus habitare facit vniuersi moris (μονοτρόπος) in domo.

Si leprosus quondam, punctam carnem habens, simul atq; cum fide Christum summum Deum adiit, eam ab omni labe puram recepit, ecquid tu fidē ac preces adhibere grauaris, vt impuris & execrandis animæ morbis libereris? **I**

*2. Pet. 2.* An te illud fugit, quod à quibus animæ vitiis quispiam superatus est, eorum quoque seruus efficitur? Atqui non sumus filij ancillæ, sed liberæ: vt à peccatis disuncti libertate fruamur.

Præstabilius est homini, seruum effici, atq; ad eò seruorū, quam à turbidis animi affectibus in seruitutem trahi. Per sæpe ingēs mare nauigasti, quantique timoris sit nauigare, non ignoras. Quanto tandem formidabilior est iudicij recardatio?

*Demonū* Non omnibus demonibus eadem studia, aut eadem praua munia à diabolo imperantur.  
*diuersa of* Alij enim aliud execrādum, ac Deo inuisum munus committitur. Etenim alij blasphem-  
*ficia.* iæ cogitationes in hominum pectoribus insculpunt. Alij turpes cupiditates animæ sua-  
**K** dent. Alij in vanam gloriam, & liuorem, & iram, ac ceteros affectus, eam excitare solent. Alij inuentionum materias hereticis subministrant. Alij cienda gula & temulentia ac fornicationi operam impendunt. Alij per insomnia & gentiles obseruationes, fumum & imposturam faciūt. Alij hominum voluptates in corpus iniiciunt, sensusque caligine ac tenebris opplent. Alij incantatoribus & veneficis operam nauant, ipsisque opitulantur. Alij ad vaticinatores accurrunt, ac cum ipsis versantur. Atque, vt rem breui complectar, quæque demonum classis peculiare quoddam ministerium, & officium animæ pestiferum, nacta est.

Qui labris tantum Christum confitetur, operibus autem negat, hic in ipso non est, nec cum in se habet: quippe cum is dumtaxat ipsius particeps esse possit, qui in eo omnia efficit.

Tum



A Tum demum priora peccata condonantur, cum poenitentia consentanea opera postea efficiuntur. Nam si quis, dum adhuc ea perpetrat, quæ vituperatione ac poena digna sunt, poenitentiam simulat, is veniam haudquaquam consequetur: quippe qui adhuc ea committat, quæ lege diuina interdicta sunt.

Cum impius Basilides Euangelistam Ioannem aliquando salutasset, ac dixisset, Agnosce nos? nulla interposita mora, Agnosco te, inquit Vir sanctus, primogenitum Satanae.

Non externum morbum, sed peccata, quæ morbum accersunt, extimescimus: & morbum animi, non corporis.

Sit lex ista constituta aduersus eos, qui res sanctas ac diuinas non sanctè, atque à Deo dignum est, cernere cupiunt, cæcitatæ poenam inferre.

B Si Deum regem habere cupis, fac à peccato abhorreas. Quonam enim pacto is sub Dei imperio esse poterit, qui peccatis delectatur?

Ita naturæ comparatum est, vt mens pura veritatem cernat: ac Deus se ei spectandum præbere solet. Itaque omnes illi, qui à veritate aberrarunt, ob id aberrarunt, quia improbè ac sceleratè vixerunt. Puniantur ergo hæretici, nõ quia hæretici sunt, sed quia malè & flagitiosè vixerunt. Neque enim fieri potest vt quisquam hæreticus fiat, nisi prius, vel in vita im- verbis, vel in actionibus, rationes vitæ suæ malè compararit. Quocirca meritò condem- nabuntur, non quia offendunt, sed quia seipsos per ebrietatem, & contumaciam, & auari- tiam excæcantes, in tenebris ambulant.

C DE IMPECCABILITATE: ET QVOD

præter Deum nemo à peccato immunis sit.

CAP. XIII.



VM purus erit homo coram Domino? Nemo mundus à Iob. 25. forde, neque infans cuius est vnus diei vita super terram.

Cœli non sunt mundi in conspectu eius. Quis homo erit extra culpam? Quomodo erit homo iustus coram Deo?

Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

D Quis potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato?

Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

Prou. 20.

Ecls. 7.

1. Jo. 1.

DE IIS QVI AD EA VITIA, QVIBVS

renunciauerunt, rursus redeunt. CAP. XIII.



ECLINANTES in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.

Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.

Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nõ quid viuert? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione, qua præuaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur.

Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua, &c.

Qui baptizatur à mortuo, & rursus tangit eum, quid proficit lauatio eius? Sic homo, qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Qui reuertitur à iustitia ad iniquita-

Psal. 124.

Prou. 26.

Ezech. 18.

33.

Ecli. 34.



tem, Dominus parauit ipsi gladium.

2. Pet. 2.

Nemo mittens manu ad aratrum, & respiciens retro se, aptus est ad regnū Dei. Si enim refugientes conuersiones mundi in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superatur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum: & Sus lota in volutabro luti.

Basl.

Miserandum sanè spectaculum. Post ieiunium, post asperam degende vite rationem, post assiduas preces post vberes lachrimas, post continentiam annorum fortasse viginti aut triginta, propter astringentem negligentiam & incuriam omnibus orbari, ac similem esse eum, qui mandatorum diuinorum operatione ac quaestu affluebat, locupletissimo cuidam negotiatori, qui amplissimas merces secum efferens, ac secundo vento periculosa maria emensus, in ipso littore fracta navi, omnibus opibus repente priuatur: siqui dem hic quoque ea, que innumeris laboribus & sudoribus que fuerat, unico demonis impetu perdat, peccato nimirum non secus ac seuo quodam turbine depressus ac submersus. Huic sanè, qui virtutes omnes tanquam naufragio amisit, vox hæc conuenit: Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

Eiusd.

Qui in bonis operibus progressum aliquem fecit, ac deinde ad veterem consuetudinem redit, non solum laborum eorum quos exantlauit, fructu mulctatur, sed etiam grauiore supplicio afficitur.

Recidium  
argumen-  
tu est, pri-  
mā pecca-  
ti causam

Quod quispiam post actam penitentiam idem rursus scelus admittat, argumentum est, primam illius peccati causam minime repurgatam esse, utpote ex qua, tãquam ex radice quadam, eadem pullulare contingat. Quemadmodum videlicet si quis arboris ramos amputare cupiens, radicem relinquat, nihilominus radix manens rursus fructificabit.

amputatā  
non esse.  
Clem.  
Alex.  
Nili.

Vbi vos inuenero, ibi etiam iudicabo. Atque in vnaquaque re finis omnium clamat. Itaque licet quis per vniuersum vitæ curriculum virtutem apprimè coluerit, ac sub vitæ finem in vitium prouolutus sit, nullū ex pristinis omnibus laboribus fructum consequetur, ut qui sub fabula catastrophe animo defecerit.

Esa. 14.

Cum is qui iustitiam colebat, à iustitia exciderit, dicamus de eo quod ab Esaia dictū est, Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, & in terram contritus es?

Philo.

Nonnulli cum in virtute processissent, antequam ad finem peruenirent, prolapsi sunt, eo nimirum tanquam optimatum statu, qui recens in anima exoriebatur, à veteri plebis incondita dominatione deleto: quæ cum aliquantisper quietem coluisset, deintegro rursus cum maiori potentia aduersus illum impetum fecit.

Quid sit  
in inum inferni  
postea cecidit.

Posteaquam homo per pietatis studium ac probam vitæ rationem numero omnes virtutes absoluit, atque omnibus exploratum est eum pietate ac Dei metu præditum esse: ac deinde in peccatum labitur, hoc demum est in inum inferni postea cecidit.

DE RESURRECTIONE, ET IUDICIO,

& pæna eterna.

CAP. XV.

Psal. 9.  
103.



ARAVIT in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem reuertentur.

Prou. 11.  
Eccl. 12.

Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Cuncta quæ sunt, adducet Deus in iudiciū, pro omni abscondito, siue bonum sit, siue malum.

Amos. 5.

Væ desiderantibus diem Domini. Ut quid vobis hæc dies Domini: & ipse est tenebræ, & non lux?

Ioel. 2.

Magnus est dies Domini, magnus & illustris valde: & quis poterit sustinere eum? Confurgant,



**A** Confurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis. Venite & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & moeuentur caeli & terra.

Silete à facie Domini, quia iuxta dies Domini: quia præparauit Dominus hostiã, sanctificauit vocatos suos. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamitatis & miserie, dies tenebrarum & caliginis.

**B** Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans, & emundans argentum.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius, cum venerit contere terram. Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignatione plenus, & iræ furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stellæ caeli & splendor eorum non expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

**C** Resurgent mortui, & exurgent qui in monumentis sunt. Ego autem opera eorum & cogitationes ipsorum venio vt congregem. Complicabuntur caeli sicut liber, & omnes stellæ cadent vt folia ex vite, & sicut cadunt folia ex ficu. Omnis vox exurget ad te in iudicium, & omnia eos examinabunt. Et qui rei peragentur, erunt in mœrore. Ecce Dominus noster cum fortitudine veniet: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

**D** Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem.

Hæc dicit Dominus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, & scietis quia ego Dominus.

Iudicium Domino in gentibus, vt iudicet omnem carnem.

**E** Aspicebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius, flamma ignis: rotæ eius, ignis accensus. Fluuus igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Millia millium ministrabāt ei: iudicium sedet, & libri aperti sunt. In tempore illo confurget Michaël princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt, vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium sempiternum. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Dico vobis, quia de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddet rationem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Ediffere nobis parabolam zizaniorum agri. Ipse autem respondens, dixit eis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filij regni. Zizania filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. Messis, con-



summatio seculi est. Messores sunt angeli. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in gloria patris sui cum angelis suis. Et tunc reddet vnicique secundum opus suum.

24. Statim post tribulationem dierum illorum sol obcurabitur, & luna non dabit fulgorem suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate & gloria magna, & mittet angelos suos cum tuba & voce magna: & colligēt electos ipsius à quatuor vêtis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. De die autem illa & hora, nemo scit, neque angeli cælorum, nisi Pater solus.

Mar. 13. Vigilate, quia nescitis diem neque horam.

Io. 5. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Et ibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Luc. 17. Sicut factum est in diebus Noë, sic erit in diebus filij hominis. Edebant, bibebant, vxores dūcebant, & dabatur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noë in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & edificabant. Qua die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur.

21. Tunc erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

Ibid. Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & repente in vos superueniat dies illa. Sicut enim laqueus superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.

20. Cùm à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nuptui tradentur: sed erūt sicut angeli in cælo.

Rom. 8. Existimo quodd nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Expectatio enim creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.

1. Cor. 3. Vniuscuiusq; opus, quale erit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

15. Factus est primus homo in animā viuentem: nouissimus homo in spiritum viuificantē. At nō primū quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cælo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Et sicut portauimus imaginē terreni, portemus etiā imaginem cœlestis. Hoc dico, fratres mei, quodd caro & sanguis regnum Dei nō possidebunt, nec corruptio incorruptionē possidebit. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canes enim tuba: & mortui quidem resurgēt primi: nos autē immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitē. Cùm autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitē, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex.

2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout



A prout in corpore gessit, siue bonum, siue malum.

Quæ feminauerit homo, hæc & metet.

Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & <sup>Gal. 6.</sup> <sup>1. Theff. 4.</sup> gentes quæ non habent spem.

De temporibus autem & momentis, fratres, nõ indigetis vt scribamus vobis. <sup>5.</sup> Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis: & non effugient.

Rogamus autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & <sup>2. Theff. 2.</sup> nostræ congregationis in ipsum, vt non citò moueamini a vestro sensu, neque B terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi in stet dies Domini. Ne quis vobis seducat vllò modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Num retinetis, quòd, cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc, quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tempore (Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum, vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat) Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni vir-  
C tute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, iis qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

Veniet dies Domini tanquam fur in nocte: in quo cœli cum impetu transiet, <sup>Heb. 10.</sup> <sup>2. Pet. 3.</sup> elementa autem cum ardore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.

Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, <sup>Iuda.</sup> & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, & de omnibus D duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores impij.

*Ne me existimes instar nutrici vana terculamenta tibi intentare: quemadmodum illa <sup>Basil.</sup> filius facere consueverunt, cum immodicè plorant, ac per fictas narrationes eorum stetum cõpescunt. Hæc enim non fabula sunt, sed sermo verus, ac multò antè prædictus clamat. Ac pro certo habe, accuratum eorum, quæ quisque in vita gesserit, examen fore.*

*Non illic orator est, non illic verborum lenocinium, quod veritatem iudici surripere <sup>Iudicij ex.</sup> queat. Non adultores comitantur, non opes, non dignitatis fastus. Vacuus amicis, vacuus tremi stadiutoribus ac patronis, & pudore suffusus quisque relinquetur, mæstus, tristis, solus, ac fiducia expers. Quocunque quisquam oculos conuerterit, perspicuas operum suorum imagines cernet. Quemadmodum enim vmbra corpus, ita peccata animas sequuntur, euidentes actionum species effingentia. Ac proinde nullus illic inficiationi locus est: verum impudens omne-  
E os obturatur. Res enim ipse sic illatim testimonium dicunt: non illæ quidem vocem emittentes, verum eiusmodi apparentes, quales à nobis geste sunt.*

*Vnus quoque hic diaboli astus est, nimirum quòd plerique homines, velut tot ac tanta-  
rum sententiarum obliti, supplicij finem sibiipsis fingant, vt hac ratione audacius peccent. <sup>Ex Canõ.</sup> <sup>Const.</sup> Vermis enim eorum, inquit ille, non morietur, neque ignis eorum extinguetur. <sup>Esa. 66.</sup>*

*Illic condemnatur, non is duntaxat, qui sceleris author fuit, sed is etiam, qui malum ducem ad peccatum secutus est.*

*Ait Propheta: Vt quid vos queritis diem Domini, & ipse est tenebræ, & non lux: tenebræ nimirum ipsi qui tenebris digni sunt. Nam alioqui diem illum vespera & sine carere, <sup>Hom. 2. in</sup> <sup>Hexam.</sup> nec successioni obnoxium esse, Scriptura testatur. Quem etiam octauum Psalmistes appella-  
uit, quòd à septenario hoc tempore seiunctus sit. Quare, siue diem, siue annum dixeris, eodem <sup>In inscrip.</sup> <sup>Psal. 6.</sup>*

D



D. IOANNIS DAMASCENI

sensu utrumque dixeris. Ac proinde siue dies status ille nuncupetur? unus est, ac non multi: F  
siue enim nominetur, unicum est, non multiplex.

Na7.  
Orat. de  
scip.  
Chrysof.

Præclarum est, ut non modo sermonis & actionis, sed etiam omnis temporis, atque adeo momentaneæ ac tenuissimæ partis horæ rationem nobis reddendam existimemus.

Nullum prorsus bonum, quantumvis exiguum sit, illic à Iudice negligetur. Nam cum peccatorum, & sermonum, & cogitationum poenas nobis pendere necesse sit: multò sanè magis eorum, quæ ex virtute gesserimus, quamlibet parua sint, numerus imbitur.

Bonarum & malarum actionum contentio illic erit. Ac siquidem illæ præponderarint, effectori suo salutem haud mediocrem asserent. Contrà si malarum actionum perpetratio tantum detrimenti afferre potuerit, ut eum à prima regione derahat, ad gehennæ ignem eum abducit: quòd videlicet nõ tanta sit recte factorum copia, ut eum per vim sursum impellat. G

Horrendum illum, ad tremendum diem memoria tenete, in quo omnes ad Christi tribunal sistuntur, ut eorum quæ in vita gesserint, rationes reddant. Illic enim ante omnium oculos peccata proponuntur ac deteguntur, atque ignorantibus ostenduntur. Illic fons ignis, & perugil vermis. Illic omnia nuda & aperta. Illic cordium nostrorum libri aperientur, atque in medio, tam perspicua, quam abstrusa, tam quæ noctu, quam quæ interdiu perpetrata sunt, legentur.

Coram vno homine indecori aliquid hic agere nos pudet: illic autem coram tot myriadibus quid faciemus?

Quemadmodum nos à famulis nostris, nõ modò exitus, sed etiam introitus rationem exposcimus, sciscitantes ex ijs unde pecunias sumpserint, & à quibus, & quo pacto, & quoniam eodem quoque modo Deus à nobis non modò impensa, sed etiam adeptiois rationem exacturus est. H

Dionys.  
Ereop.  
Philon.

Non hic puniri malum est: sed futuro supplicio dignum se præbere.

Fieri non potest, ut apud Deum vel improbus quisquam vnius boni, quod inter plura mala fecerit, mercedem amittat, vel rursus probus supplicij expers maneat, si inter plurima bona crimine aliquo sese deuinxerit. Etenim necesse est Deum omnia in libra & mensura reddere.

Mens vnicuique testis eorum est, quæ clam cogitavit: atque conscientia incorruptus iudex est, omniumque certissimus.

DE IMPRECATIONIBVS A DOMINO I  
& Prophetis & Apostolis quandoque factis.  
CAP. XVI.

Gen. 3.



IXIT Dominus serpenti: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia terræ. Super pectus tuum gradieris, & comedes terram omnibus diebus vitæ tuæ. Et mulieri dixit: Multiplicabo erumnas tuas, & dolores tuos. In doloribus paries, & ad virum erit conuersio tua: & ipse dominabitur tui. Ad eum verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, maledicta erit terra in operibus tuis. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia terra es, & in terram reuerteris. K

4. Dixit Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Dixit autem ille, Nescio. Nunquid custos sum fratris mei? Et dixit Deus: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit fructus suos. Gemens & tremens eris super terram.

9. Euigilans autem Noë à vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus: minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.

Dixit



A Dixit Dauid: Montes Gelboë, nec ros nec pluuia descendant super vos: quia <sup>2. Reg. 1.</sup> ibi abiectus est clypeus fortium.

Ecce Elias fedebat in vertice montis. Et dixit ad eum <sup>3. Reg. 1.</sup> Quinquagenarius: Homo Dei, rex præcepit vt descendas. Responditque Elias ad Quinquagenarium: Si homo Dei sum, descendant ignis de caelo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de caelo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui cum eo erant.

Dixit Elias, Hæc dicit Dominus: Pro eo quod misisti nuncios ad consulendum <sup>Ibid.</sup> Beelzebub Deum Accaron, ideò de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

Aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. <sup>Iob. 3.</sup> Preat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebræ, & umbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus horror possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant illi, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.

Sint hostes mei sicut subuersio impiorum, & qui insurgunt in me, sicut perditio iniquorum. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Pereant in bello, & exterminabitur virtus eorum.

C Sonitus terroris semper in auribus impij: & cum pax sit, ille semper insidias <sup>15.</sup> suspicatur. Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium. Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium. Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciè eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseverabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam. Non recedet de tenebris: ramos

D eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies impleantur, peribit, & manus eius arescet. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua prouiciens florem suum. Congregatio enim hypocrita sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. <sup>18.</sup> Lucerna quæ super impium est, extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum fitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndique terrebut eum formidines, & inuoluet

E eum pedes eius. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis illius, consumat brachia illius primogenita mors. Auelatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum, quali rex, interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccantur, sursum autem atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum, de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vllè reliquæ in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.

Iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis. <sup>Psal. 5. 6.</sup> Confundantur & conturbentur omnes inimici mei. <sup>39.</sup> Confundantur, & reuereantur, quærentes animam



58. meam. Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, &c. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Effunde iram tuam super gentes, quæ te non nouerunt. Deus meus pone filios ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Imple facies eorum ignominia, &c. Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Induantur qui detrahunt mihi, pudore. Contere brachium peccatoris & maligni.
24. Confundantur omnes iniquè agentes superuacue.
24. *Osee. 9.* Da illis Domine vuluam sine liberis, & vbera arentia.
24. *Esa. 3.* Et erit pro superui odore foetor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro falcia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et moerebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra fedebit.
2. *Tim. 4.* Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Reddet illi Dominus secundum opera sua.

DE IIS QUI INIURIA AFFICIUNTUR: & quod ipsis opem ferre oporteat. • CAP. XVII.

*Exod. 2.*



N diebus illis, postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussit Ægyptium abscondit fabulo. Et egressus die altero, conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, & ait, Quomodo palàm factum est verbum istud?

*Iob. 29.*

Seruauit pauperem de manibus iniqui, & contriuit molas iniustorum, & de dentibus illius abstraxi prædam.

*Pro. 24.*

Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare nec cesses. Quòd si dixeris, Non noui hunc, scito quòd Dominus corda omnium cognoscit, qui reddit unicuique iuxta opera sua.

*Hier. 21.*

Eripite vi oppressum de manu eius, à quo iniuria afficitur.

*Ezech. 45*

Iniquitatem & rapinas intermitte, tollite oppressionem à populo meo, dicit Dominus.

Erue eum, cui iniuria infertur, de manu eius à quo læditur.

*Na. 7.*

Quisquis nauigat, naufragio propinquus est, eoque magis, quòd audaciùs nauigat: eodem modo quisquis corpore conuestitus est, corporis malis propinquus est, eoque magis, quòd reprobior incedit, nec eos, qui ante se iacent, intuetur. Dum secundo vento nauigas, ei, qui naufragium facit, manum porrige: dum sanus es & locuples, afflicto fer opem. Ne expectes ut

*In prosperitate malis alienis affici de-*

benus. in teipso discas, quantum malum sit inhumanitas, quãtũque bonũ viscera egentibus aperire. Benignos nos iis esse conuenit, qui priores in calamitatem inciderunt, ac misericordiam per misericordiam adipisci.

*benus.*

In alienis calamitatibus curandum nobis est, ut nostris rebus rectè consulamus, ac Deo misericordiam fœueremus, cum ipsi misericordia opus habeamus, nec homines aspernemur, ac pro nihilo ducamus, cum ipsi homines simus.

Lapsum alterius risu prosequi noli. Verum ipse quàm tutissimè poteris, incede, atque etiam humi iacenti manum porrige.

DE CHARITATE, ET PACE, ET pacificis. CAP. XVIII.

Dixit



**A** **D**ixit Noemi ad Ruth: En reuerſa eſt cognata tua ad populum *Ruth. 1.* ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum ea. Quæ reſpondit, Ne aduerſeris mihi, vt relinquam te, & abeam. Quocūque enim perre-  
ris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Po-  
pulus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus.

Et addidit Ionathas deierare Dauid, eò quòd diligeret illū. *1. Reg. 20.*  
ſicut enim animam ſuam, ita diligebat illum.

Doleo ſuper te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis ſuper amorem mu-  
lierum. *2. Reg. 1.*

Inquire pacem, & perſequere eam. *Pſal. 33.*

**B** Qui volunt pacem, latibuntur: omnes eos qui à contentione abhorrent, ope-  
riet amicitia. Qui arguit liberè, pacificus eſt. Vir longanimis extinguet lites:  
impius autem eas potius excitat. Operiunt inimicitias labia iuſti. Melior eſt *Prou. 10.*  
ſicca buccella cum gaudio in pace, quàm domus plena multis bonis, & iniuſtis vi-  
ctimis cum iurgio. Iram viri ſedat famulus prudens. *17.*

Multæ aquæ non poterunt extinguerè charitatem, & flumina non concludēt  
illam. *Cant. 8.*

Veritatem & pacem diligite, ait Dominus omnipotens. *Zach. 8.*

Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. *Eſa. 52.*

Erigam iſtis plantam pacis, & vltra non peribunt. *Ezech. 34.*

**C** In tribus placitū eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus. *Ecli. 25.*  
Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene ſibi conſentiētes.  
Beati pacifici, quoniam iſti filij Dei vocabuntur. Diligite inimicos veſtros, *Mat. 5.*  
benedicite maledicētibus vos, orate pro his qui vos vexant & perſequuntur. *6.*  
Amen dico vobis: Si duo ex vobis cōſenſerint in terra, de omni re quamcunq̄  
petierint, fiet iſtis à Patre meo qui in cœlis eſt. *18.*

Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut & ego dilexi vos. In hoc *Io. 13.*  
enim cognoscent omnes quòd diſcipuli mei eritis, ſi dilexeritis inuicem. Pacem  
meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Sicut dilexit me Pater, ſic etiam  
dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si mādāta mea ſeruaueritis, manebitis in *15.*  
dilectione mea, ſicut & ego mādāta Patris mei ſeruauī, & maneo in eius dilectio-

**D** ne. Hoc eſt mandatū meum, vt diligatis inuicem, ſicut & ego dilexi vos. Ma-  
iorem charitatē nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.  
In quamcunq̄ domum intraueritis, dicite, Pax huic domui. Et ſi illic fue- *Luc. 9.*  
rit filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra. Dū vadis cum aduerſario tuo ad  
principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iu-  
dex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, Non exies in-  
de, donec etiam nouiſſimum minutum reddas. *12.*

Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacē habentes. *Rom. 12.*

Nemini quicquam debete, niſi vt inuicem diligatis. Nam, non mœchaberis, non  
furaberis, non falſum testimonium dices, & ſi quod eſt aliud mādātum, in verbo *13.*  
**E** hoc inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quæ pacis ſunt, ſecte-  
mur, & quæ ædificationis ſunt adinuicē. Dilectio proximi, malum non opera-  
tur. Plenitudo enim legis, eſt dilectio. *14.*  
*13.*

Æmulamini chariſmata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demō-  
ſtro. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non ha- *1. Cor. 12.*  
beam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophe-  
tiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fi-  
dem, ita vt montes transferam, charitatem autem nō habuero, nihil ſum. Et ſi di-  
ſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meū,  
ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas paciēs  
eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam: non inflatur, non eſt  
ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gau- *13.*



det super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit: siue prophetiae euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuavi quae erant paruuli. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manet, fides, spes, charitas, tria haec. Maior autem horum est charitas. Omnia vestra in charitate fiant.

16. *2. Cor. 13.* Pacem habete fratres, & Deus pacis erit vobiscum.  
*Gal. 5.* Per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

*Ephes. 4.* Estote inuicem benigni, misericordes, donantes vobismetipsis, sicut & Christus donauit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & sacrificium Deo in odorem suauitatis.

*Col. 3.* Super omnia charitatem sectamini, quod est vinculum perfectionis. Et pax Dei exultet in cordibus vestris.

*Heb. 12.* Pacem sequimini cum omnibus, & sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum.  
*Iac. 3.* Fructus iustitiae in pace seminatur facientibus pacem. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. Ex puro corde diligit.

*1. Pet. 4.* Caritas operit multitudinem peccatorum.  
*1. Io. 3.* Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Et in hoc sciemus quod ex veritate sumus. Charissimi, diligamus inuicem: quia charitas ex Deo est, & quisquis diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est. Timor non est in charitate. Perfecta enim charitas foras mittit timorem. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Si quis dixerit, Quia diligo Deum, & fratrem odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo diligere potest?

*Ignat.* Pace nihil est praestantius, in qua bellum omne aboletur.  
*Basil.* Quantum sit pacis bonum, quid commemorare attinet ad viros pacis filios? Nihil enim Christiani hominis adeo proprium est, ut conciliandae paci studere. Quandoquidem proprium ob hanc quoque causam Christus praemium nobis pollicitus est.  
*ani. q. paci studere.* Deo ac diuinis rebus propinqui sunt, quicumque pacis bonum amplectari cernuntur, ac contrario, hoc est dissidio, infensi atque infesti sunt.  
*Naxia 7.* Quemadmodum oborta sanitate morbus de medio tollitur, ac luce sese exerente nulla supersunt tenebrae: sic ubi pax illuxit, vitia omnia, quae ex contrario constantur, euanescent.  
*Orat. 1. de pace.* Omnis malorum caterua per charitatis affectum extinguitur. Charitate ac pace nihil sublimius Scriptura statuit.  
*Cyrill.* Is amatum mos est, ut eorum, quos amant, negotia omnia per se confici velint, nec eos  
*Simile.* absque se qui equam facere vel loqui.

*Rom. 13.* Charitas enim debitum semper quidem soluitur, verum in hac vita omnino persolui non potest, idem solui. Idque cum ipsius alumnus Paulus compertum haberet, his verbis utebatur, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Hoc enim debitum semper quidem soluitur, verum in hac vita omnino persolui non potest, idem solui. inquam, perpetuum bonum, ac laudibus efferendum. Etenim in pecuniis quidem eos potest, sed qui nihil debet, in laude ponimus. At in charitate, beatos eos demum praedicamus, qui semper debent. Et quod illic ingrati ac maligni animi, hic grati ac probi argumentum est, nimirum charitatis debitum nunquam dissoluere.  
*Homil.* Quod inuitur generose ferre oporteat. Qui pacem omnibus precatus est, is vitiorum ac perturbationum bellum ex animo eiecit, hoc est peccatum, turpem cogitationem, cupiditatum tumultum, fluctus, tempestatem, atque animam quouis portu tranquilliorum reddidit: ut qui pacem, bonorum omnium parentem



A rentem atque nutricem, in piorum animam, qui eam susceperint, studiosè inuexerit.

Quemadmodum nec anima sine corpore, nec rursus corpus absq; anima, hominis nomen obtinet: eodem modo nec charitas erga Deum, nisi charitatem erga proximum comitem le- beat, charitas dicenda est: nec rursus charitas erga proximum charitatis nomen tueri potest, nisi charitas erga Deum accesserit. Ac proinde perfecta charitas rarè inueniri potest.

Quicumque igitur de Patre & Filio & Spiritu sancto rectè sentiunt, ac præterea mu- charitas tuam inter se charitatem seruant, hi demum perfectam ac numeris omnibus absolutam cha- ritatem habent. Charitas Patrem confitetur, Filium adorat, Spiritum sanctum glorificat. Charitas Trinitatis concordia non dirimit, Charitas angelorum socialis est, Patriarcharum collatanea, Prophetarum contubernalis, Martyrum certaminis comes, Apostolorum socia,

B Ecclesiæ vinculum. Charitas bellum nescit, hoste caret, pace nihil antiquius habet. Charitas propensos ad eadem animos mitigat, ratione præditos populos exornat. Charitas, cuius mun- dus capax non est, in humili corde domicilium habet. Charitas quouis melle ac lacte dul- cior est: siquidem illa non modò in ore, sed etiam in intimo pectore dulcorem habeat. Charitas rerum omnium compages est: per quam & terrena coherent, & cœlestia incrementum accipiunt. Charitas ea est, ob quam Deus filium suum in mundum misit, ac pro nobis eum dedit. Charitas aratri iuga, crucis ligno concorditer subiecit: ac pericula & terra & mari subire docuit. Charitas martyres perficit, Apostolos coronat. Charitas proximum tanquam seipsum intuetur, ac propria tanquam omnibus cõmunia existimat. Charitas proximi ege- statem, curam suam ac sollicitudinem esse statuit. Charitas communem omnibus mēsam sta-

C tuit, hoc est tam diuiti, quàm pauperi, tam docto, quàm indocto. Charitas exacerbatum ani- mum mitigat, oppressum delinit, deiectum erigit, ac virentem reddit. Charitas inextin- ctam virginitatis lampadè circumfert, ac suos summo studio ac diligentia conquirat. Charitas regni portas aperit, & eos qui in honesto & casto matrimonio viuunt, quò minus in- grediantur, non prohibet. Charitas eleemosynam amat, atque auro rutilantes coronas sui stu- dio parat. Charitas superbos nescit, humiles gloria afficit. Charitas maledicentiam fu- git, benedictiam amplexatur. Charitas virum & mulierem matrimonij nexu inter se copulatos admonet, vt concordiam colant: vt autem inter se disiungantur, nunquam omni- nõ vult. Charitas patres, vt filios ament, hortatur: filios autem, vt patribus tanquam domi- nis seruiant. Charitas dominos rogat, vt faciles se ac misericordes seruis præbeant: ac rur-

D sus seruos monet, vt heris suis sine fuco ac fraude seruiant.

Plerisque modis perspicitur charitas, nimirum per lenitatem, per benignitatem, per patientiam, per animi affectionem, ab omni inuidia & liuore, atque iniuriarum recorda- tione liberam. Charitas in omnibus simplex, ac distinctionis expers est, seseque omnibus impertit.

Tria esse amicitie genera didicimus. Quorum primum ac præstantissimum in virtute Tria sunt positum est. Firma enim ac solida est ea amicitia, quam ratio conciliat. Secundum ac mediū amicitia in eo versatur, vt nostra inter nos vicissim commuicemus. Atque hoc quoque liberale est, & ad humanam vitam tuendam vtile. Interest enim reipublice, gratam ac beneficio- rum memorem esse amicitiam. Tertium ac postremum nos quidem id, quod consuetudi- ne vite ac familiaritate contrahitur, appellamus: Gentiles autem fluxam ac mutabilem voluptatem. Quocirca prima illa amicitia philosophi est, altera hominis, tertia bruti ani- mantis.

Dum vt inimicos amemus Scriptura iubet, non hoc vult, vt malū amemus, aut impie- tatem, aut adulterium, aut furtum: sed vt furem & adulterum: nõ quatenus peccat, atque aliquo scelere hominis nomen conspurcat, sed quatenus homo est, ac Dei opus. Si quidem ip- sum peccare, actio est, non essentia: ac proinde ne opus quidem Dei est.

Nunquam vir probus ac sapiens acceptas iniurias memoria tenebit, nec cuiquam suc- censebit: etiamsi alioqui odio digna sint que in eum admittuntur. Creatorem enim colit, ac veneratur: vitæ autem socium amat, eumque, ob inscitiam, qua laborat, commiseratur, ac pro eo preces fundit.

Charitas ardentes eas partes, in quibus iracundia existit, sedat. Amor hominem in tres personas diuidit. Quarum vna propter Deum amat, quem amat. Altera, quia opibus



D. IOANNIS DAMASCENI

tres perso- affluit: nimirum ut munus aliquod accipiat. Tertia, libidinosæ voluptatis causa. Atque F  
 illa quidem pure ac sincere eum quem amat laudat: altera ob auaritiam. Postrema autem,  
 dir. voluptatis ergo.  
 Philo. Pax, quamlibet damnosa, bello tamen utilior est.

DE VERITATE, AC TESTIMONIO  
 certo. CAP. XIX.

Exod.  
 Num. 35.



Non assentieris cum iniusto fieri testis iniustus.  
 Sub duobus vel tribus testibus morietur, qui morietur.  
 Non admittetur testis vnus, vt testimonium aduersus ho- G  
 minem dicat in omni crimine, & in omni peccato.

Tob. 8.  
 Psal. 24.  
 30. 118.

Prou. 8.  
 14.  
 21.

Mal. 2.  
 Zach. 8.

3. Esd. 4.  
 Sap. 6.

Eccli. 4.  
 27.

Io. 3.

Eph. 4.

3. Io.

Os verum implebitur risu: & labia eius exultabunt.  
 Omnes via Domini misericordia & veritas, requirentibus  
 testamentum eius. Veritatem requiret Dominus. Ne au-  
 feras de ore meo verbu veritatis vsquequaque: quia in iudiciis tuis supersperavi.  
 Iusti sunt omnes sermones mei, no est in eis prauium quid, neque peruersum.  
 Misericordiam & veritatem fabricantur boni. Liberat a malis testis fidelis.  
 Facere iustitiam, & vera loqui, magis placet Deo, quam victimæ.  
 Lex veritatis in ore eorum, & iniustitia non est inuenta in labiis eorum.  
 Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Veritatem & pacem H  
 diligite, ait Dominus omnipotens.  
 Non est apud veritatem accipere personas.  
 Non prateribo veritatem, nec cum inuidia tabescente iter habebō. Quoniam  
 huic nihil commune est cum sapientia.  
 Non contradicas verbo veritatis. Ne accipias personam potentis. Vsque  
 ad mortem certa pro veritate: & Dominus bellabit pro te. Volatilia ad sui si-  
 milia conueniunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, reuertetur.  
 Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur o-  
 pera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius,  
 quia in Deo sunt facta.  
 Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cu proximo suo: I  
 quonia sumus inuicem membra.  
 Maiorem hac letitiam non habeo, quam vt audiam filios meos in veritate am-  
 bulare.

Basil. in  
 dict. Scrip.  
 Attende  
 tibi ipsi.  
 Nat. 17.  
 Chrysost.  
 Veritas  
 insupera-  
 bilis est.  
 Iustini.

Euagr.

Præstantissimum omnium bonorum est veritas. Captu difficilis est veritatis sermo:  
 vt qui facile eos effugere queat, qui animum non satis attendunt.  
 Huiusmodi quiddam est vacordia, & aduersus veritatem inicum certamen: nempe  
 vt cum ipsimet secum pugnent, id tamen nec sentiant, nec erubescant.  
 Veritatis robur nullam opem requirit: Verum quamuis innumeri sint, qui eam extin-  
 guere moliantur, aded tamen non extinguuntur, vt etiam per eos ipsos, qui eam vexare co- K  
 nantur, splendidior existat, eosque, qui frustra sese tidunt, irrideat.  
 Nec lux vnquam caligo erit, quandiu lux fuerit: nec rerum nostraru veritas vnquam  
 falsi conuincetur. Veritas enim est: qua nihil fortius esse potest. Qui quis, cum veritatem  
 dicere queat, eam subricet, a Deo condemnabitur.  
 Præstat lapidem incassum mittere, quam sermonem. Loquere quæ oportet, & cum o-  
 portet: & non audies quæ non oportet. Veritatem silere, idem est quod aurum humo cõdere.

QVOD SVBDITI PRINCIPVM MO-  
 res imitentur siue boni sint, siue mali.  
 CAP. XX.

Dixit



**A** **D**IXIT Gedeon ad populum: Quod me videritis facere, facite. *Iud. 7.*  
 Quando perforauerit tuba in manu mea, vos quoque per circuitum castrorum clangite, & perfonate. Abimelech arrepta securi, præcidit arboris rami, impositumque ferens humero, dixit ad socios suos, Quod me vidistis facere, citò facite. *9.*  
 Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est *Eccli. 10.* rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

*Ad principum mores sese vt plurimum effingere solent ij, qui in ipsorum imperio sunt. Basil.*  
*Ac proinde quales fuerint duces, tales quoque eos, à quibus gubernantur, esse necesse est.*

**B** **Q**UOD SVBDITI PRINCIPIBVS SVIS  
 ac præfectis parere ac cedere, eosque honore afficere debeant,  
 non autem ipsis reluctari. CAP. XXI.

**D**IS non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Exod. 22.*  
 Impius est qui dicit regi, Iniquè agis. Impius, qui illustris viri *Iob. 34.* faciem non veretur, nec honorem ei deferre nouit.

In scientia tua ne maledicas regi, & in penetralibus cubiculi tui, *Eccli. 10.* ne maledicas diuiti. Quoniam aues coeli portabunt vocem tuam,

**C** & qui habet pennas, nunciabit sermonem tuum.

Time Deum & regem: & neutri eorum inobediens sis. *Prou. 24.*

Os regis caue, & ne recedas à facie eius: quia omne, quod voluerit facere, faciet, & sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, *Eccli. 8.* Quare ita facis?

Magnato humilia caput tuum. Ne litiges cum homine potente. A potentiore aduocatus, discede: ob hoc enim magis te aduocabit. In medio magnatorum ne te illis aques. *Eccli. 4. 8.*

**D** Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autè resistit, ipsi sibi damnationem acquirunt. *Rom. 13.*

Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant, tanquam pro animabus vestris rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & nõ cum mœnore. Non enim hoc vobis conducit. *Heb. 13.*

Subiecti estote omni creaturæ propter Deum, siue regi, tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam quidem malorum, laudem vero bonorum. *1. Pet. 2.*

*Cæsari in his rebus parete, in quibus parere periculo caret. Inferioribus, ac sibiipsis imperare nescientibus, in beneficij parte ponendum est, iis seruire, qui rectè & scitè præsumt.* *Ignat.*

**E** Subiciamur, tum Deo, tum alijs alijs, tum iis qui imperium in terra gerunt. Deo quidem, omnibus de causis: alijs autem alijs, propter charitatis fœdus: principibus denique, propter ordinem, publicæque disciplinæ rationem, idque tantò etiam magis, quantò clementioribus moderatioribusque illis utimur. Graue ac periculosum est indulgendi assiduitate clementiam exhaurire: ne alioqui illorum asperitatis & crudelitatis poenæ tandem à nobis expetantur, vt qui ventis inuictis tranquillitatem sustulerimus, & luci caliginem induxerimus, mellique absinthium admiscuerimus. *Maxim.*  
*Orat. ad Ciuēs*  
*Nax.*  
*Cauendum ne principum clementia abutatur.*

Præfectos eos, qui à regibus creantur, quamuis improbi sint; quamuis fures, quamuis iniusti, quamuis denique alio vllò crimine constricti, metucere tamen debemus, nec propter eorum improbitatem eos aspernari, sed propter eius, à quo creati sunt, dignitatem vereri. *Chrysost.*

Omnes qui rectè subesse ac parere didicerunt, rectè quoque imperio fungi scient, cum ad potentiam peruenerint. *Iosephi.*



D. IOANNIS DAMASCENI

Philon. Qui subesse di dicit, aliis quoque præesse confestim discet. Neque enim si quis vniuersa terra ac maris imperium susceperit, princeps propterea vere erit, nisi prius parere didicerit.  
Cum arduum ac difficile sit scire parere: tum verò longè difficilius esse videtur, scire imperare.

DE STATV PRINCIPIS EXPERTE, hoc est de populo carente pastore.  
CAP. XXII.

Abar. 1.



ACIES eos tanquam pisces maris, & tanquam reptilia non habentia principem.

Mat. 9.

Cum venisset Iesus, vidit turbam magnam, & misericordia motus est super eos: quia erant sicut oves non habentes pastorem.

Naxia.

Quod principatus expers est, ordine caret: quod autem multos principes habet, discordiis ac seditionibus laborat: sicque imperij & ordinis expers est. Eodem enim vtrumque tendit, nempe ad perturbationem & confusionem. Confusio autem ad dissolutionem & interitum. Perturbatio enim dissolutionis meditatio est.

Athana.

Ordinis perturbatio perspicuum argumentum est, neminem esse qui imperet. Ordo autem principem ac moderatorem indicat.

Dionys.

Vbi princeps ac moderator non est: illic perturbatio atque confusio existat necesse est. Principatus potius sublatio ac seditio est multorum principatuum, vbi oēs honore aequales sunt.

Phil.

O quot quamque graua mala ex sublato principatu nascuntur! fames nimirum, bellum, regionum populationes, opum ereptiones, abduktiones, seruitutis & mortis metus.

DE ACEDIA ET MOERORE.  
CAP. XXIII.

Pf. 41. 60  
76.  
118.



VARE tristis es anima mea, & quare conturbas me? Cum angustiaretur cor meum, in petra exaltasti me. Exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Dormitauit anima mea pro tedio: confirma me in verbis tuis. Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Esa. 35.

Confortate manus dissolutas: & genua debilia roborate. Cōfortamini, nolite timere. Ecce Deus noster, ecce Dominus

62.

noster cum fortitudine veniet. Ecce merces cum eo, & opus eius coram eo.

Baruc. 3.

Domine omnipotens Deus Israël, anima in gemitibus, & spiritus anxius clamat ad te. Domine, exaudi, ac miserere, quia Deus misericors es.

Heb. 12.

Manus dissolutas & genua debilia roborate, & rectos gressus facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Basl. de Fame.

Nimia tristitia, peccati causa efficitur.

Epist. 1.

Similis sum iis, qui ob nauigandi insolentiam in mari miserè afflicti sunt, ac nauis laborant. Illi etenim nauis magnitudine offensi, tanquam ingentem iactationem ipsis affectione non rente, in lembum aut acatium migrantes, vbi que tamen nauis, atque in summa animi pelluntur anxietate versantur. Vnà enim cum iis migrat molestia, & bilis. Huiusmodi quiddam animi mo nobis vsu venit. Siquidem domesticas animi perturbationes nobiscum circumferentes, vbi-lestia. que in iisdem tumultibus sumus.

Chryso.

libr. 3 de Prouid.

Omni diabolica operatione perniciosior est immodica mœroris & acedia magnitudo. Quãdoquidem etiam quos dæmon superat, per mœrorem superat. Quòd si mœrorem sustuleris,



A levis, nihil omninò malè atque incommodi ab eo tibi continget.

Tum demum in mœrore versari debemus, non cum malo afficimur, sed cum ipsi malum aliquod perpetramus.

Vnicuique nostrum propositum est certamen aduersus acediæ spiritum, quò cum mœro-  
nis spiritu copulatus est, ei que opitulatur. Atrox autem ac perquam grauis est hic demon,  
perpetuòque bello monachos laceßit. Qui quidem sub meridiem in monachum impetum fa-  
cit, ei que languore atque horrore affert, idque efficit, ut & locum eum, in quo degit, & fra-  
tres, quibuscum vitæ consuetudinem habet, & opus omne, ac denique diuinarum Scriptu-  
rarum lectionem oderit atque auerfetur. Quin ipsi quoque eam cogitationem immittit,  
ut ex eo loco ad alios migret. Nisi enim se aliò contulerit, inane illi & tempus omne, &

Cassian.  
Acediæ  
affectus ut  
primis gra-  
uis.  
Acediæ  
effectus.

B laborem omnem fore. Adhæc famem etiam illi tantam sub meridiem iniicit, quanta nec ex  
triduo ieiunio, nec ex longissima via, nec ex grauisimo labore contingere potuisset. Post-  
modum eam ipsi cogitationem suggerit, nullo alio pacto fieri posse, ut hoc morbo, ac mole-  
stia liberetur, nisi subinde egrediatur, atque ad fratres, utilitatis causa, vel ut egrotan-  
tes inuisat, se conferat. Cum autem in his rebus imposturam ipsi facere nequit, tum de-  
mum vehementius ac robustius eum exagitat, nisi per orationem, & abstinentiam ab om-  
ni superuacuo sermone, & diuinarum Scripturarum meditationem, atque in tentationi-  
bus patientiam, sese obsfirmarit. Nisi enim huiusmodi armis septuagies ipsum offenderit, tela  
sua ita in eum iaculatur, ut vagum & instabilem, atque inertem ac socordem eum reddat,  
sicque afficiat, ut monasteria circumeat, ac nihil aliud curet, quam ubi conuiuia celebrè-  
tur. Ac deinceps mundi quoque negotijs, tanquam vinculis quibusdam, eum astringit:

C quoad ab ipso quoque, quod professus est, monastico instituto eum prorsus præcipitem ej-  
ciat. Hunc morbum, sanè grauisimum, diuinus Apostolus describens, in epistola ad Thes-  
salonicenses, ad hunc modum loquitur: Denunciamus vobis, fratres, in nomine Domini  
nostri Iesu Christi, ut vos subtrahatis ab omni fratre ambulante inordinate. Ipsi, di-  
tis quomodo oporteat nos imitari. Gratis nullius panem manducauimus. Non quòd pote-  
statem non haberemus, sed ut nos ipsos formam præberemus vobis ad imitandum nos.  
Etenim cum essemus apud vos, hoc denunciabam vobis, quòd si quis non vult operari, non  
manducet. Audiuimus enim quosdam ambulare inter vos inordinate, nihil operantes.  
Denunciamus igitur vobis in nomine Iesu Christi, ut cum silentio operantes, panem suum  
manducet. Inordinatos igitur Apostolus eos vocat, qui nulli operi incumbunt. Qui enim

Thess. 3.

D inordinatus est, parùm cautus ac circumspectus est, atque ad loquendum procax, & ad maledi-  
cendum proptus, & ad tranquillam & solitariam vitam ineptus, acediæque seruus. Præcipit  
itaque Apostolus, ut ab eo reliqui se subtrahant, hoc est tanquam ab homine pestifero morbo  
laborante se remoueant. Gratis nullius panem mādūcauimus: sed in labore & erumna, nocte  
& die operantes, ne quèquam grauaremus. Hæc ille doctor gentium, ille Euangelij præco,  
ille ad tertium vsque cælum sublime raptus, qui ait Dominum præcepisse ijs, qui Euangelium  
prædicant, de Euangelio viuere. Deinde apertius ostendens, quantum detrimèti desidia pa-  
riat (siquidem ex desidia curiositas ortum trahit, ex curiositate ordinis perturbatio, ex or-  
dinis perturbatione nullum non mali genus). Si quis, inquit, non vult operari, nec mandu-  
cet. Neque enim necessitatis nostræ duntaxat causa operari debemus, sed etiam ut pere-

Ab homi-  
ne acediæ  
laborante,  
tanquam  
a pestifero  
recedendu  
1. Cor. 9.

E grimis, & pauperibus, & ijs qui in vincula coniecti sunt, ex nostro opere, qua opus sunt,  
subministremus, sic nimirum existimantes, huiusmodi beneficentiam sacrificium sanctum  
ac Deo acceptum fieri. Quin illud quoque Patres aiunt, eum qui laboribus sese exercet, ab  
vno demone persepe oppugnari atque vexari: at eum, qui ab omni opere abstinet, à sex-  
centis spiritibus captiuum trahi.

Qui acedia correptus est, presentia quidam odit, absentia autem concupiscit.

DE STVLTO, AC VÆCORDI,  
Imperito. CAP. XXIIII.



Iob. 5.



IDI stultum firma radice: & statim maledixi pulchritudini eius. Ignobiles & contempti, indigentes omni bono. Qui etiam arborum radices præ ingente fame mandebant. Perierunt, quia non habebant sapientiam. Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Simul insipiens & stultus peribunt.

Psal. 13. 31. 48.

Prov. 17.

13.

De ore stulti baculus cõtumeliæ. Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam enserere non possit? Stultus confestim annunciat iram. Stultus extendit stultitiam. Via stulti corrumpit vias eius: Deum autè accusat cor ipsius.

26.

Os stultorum annuntiabit mala. Stultus verberibus affectus non sentit. Non conducunt stulto deliciae. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam: ne similis ei fias. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Stultis occurrit mors. Stulti petulanti atq; indomita lingua sunt.

27.

6.

Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti utroque grauior. Stulti cõtumeliæ appetentes sunt. Impij sensum oderunt. Homo à laqueo peribit.

27.

Vir stultus & iniquus ambulat per vias obliquas. Idem annuit oculo, terit pede, digito loquitur. In aures stulti nihil dicite: ne prudentes tuos sermones irideat.

Eccl. 7.

7.

Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla: sic risus stulti. Labia stulti demergunt eum. Stultus stulta loquetur: & cor eius vana cogitabit.

Sap. 3.

Liuor capiet populum insipientem. Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est, & vacua spes eius, & sine fructu labores eius.

Eccl. 4. 8.

22.

Ne subiicias te ipsum homini stulto. Cum fatuis ne habeas consilium. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Supra mortuum plora: defecit enim lux: & supra fatuum plora: defecit enim sensus. Luctus mortui septem dies: stulti autem & impij, omnes dies vitæ ipsius. Cum stulto ne multum loquaris: & cù insensato ne abieris. Ne cum insipientibus ludas. Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem. Modicum plora super mortuum, quia requieuit: stulti autem vita morte grauior est. Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus ipsius.

33.

Fatuum non est mihi amicus.

Sixt. in

Sent.

Basil. in

princ.

Prot.

Iustinus.

Euagrius.

Philo.

Nullum

malu

titia

gr-

uius.

Neque apud pisces vox, neque apud stultos virtus quaerenda est.

Ut qui morbo laborant, medicina auxilio indigent: sic stulti sapientia opus habent.

Doctrina sana ad durum & cõtumacem ac præfractum animum minimè ingreditur:

sed tanquam reuerberata, ad seipsam reuertitur.

Vita à ratione auersa dux & gubernator demon est.

Malorum nullus diues est, quamuis etiam omnia ea, quæ vbius terrarum sunt, metalla

adeptus sit: verùm stulti omnes pauperes sunt. Quiuis stultus in angustia est, ut qui ab

auaritia, & ambitione, & voluptatum amore, aliisque id genus vitis opprimatur: quæ

Nullum quidem animum in latitudine degere non sinunt. Nullum homini grauius malum stul-

malu stul titia accidere potest: ut qui peculiare rationis opes, hoc est mentem, amisit. Morbi

titia gra- atque interitus causa est stoliditas. Fieri non potest, ut magna ante parua discantur.

DE HOMINE SIMPLICI, AC MORVM  
innocentia prædito. CAP. XXV.

Iob.

Psal. 36.

67.

83.

Prov. 10.



OMINVS non repellat innocentem. Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quia sunt reliquiæ homini pacifico. Deus qui habitare facit vnus moris in domo. Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidenter. Quanto tem-  
pore



A pore innocentes iustitiæ hærebunt, tãdiu non confundentur. Qui ambulat rectè, timet Dominum. Qui planè cernit, misericordiam consequetur. Accepti sunt Domino omnes immaculati in via sua. *Benedicta est omnis anima simplex. Vir simplex credit omni verbo. Benigni sunt habitatores terræ: & innocentes relinquentur in ea. Quia recti habitabunt in ea.*

B Duplici modo innocentiam intelligimus. Aut enim rationis ope à peccato nos ipsos auerentes, ac per longam animi attentionem, & virtutum studium, velut radicem quandam vitij excidentes, quatenus eo prorsus caremus, innocentis nomen accipimus: aut rursus innocentia est, nondum collecta mali experientia: cum videlicet plerumque à iuuenili ætate, vel aliquod vitæ institutum, quidã aliqua vitia minimè experti sunt. Verbi gratia: innocetia puer superbiã nescit, doli & fraudis ignarus est. Sunt rursus, qui, quoniam ruri degunt, mercaturæ versutias & forefes conflictationes ignorat. Tales porò innocetes dicimus: nõ quòd animi inductione à vitio remoti sint, sed quòd nondũ vitiosas animi affectiones ipsis experiri contigerit. Certa porò simplicis hominis nota in morũ simplicitate posita est.

Simplices atque à dolo alieni mores, anima arcana facile produunt. *Parum cantã est simplicitas, ac benignitas interdum imbecilla est: minimèque vitium suspicatur, qui à vitio liber & immunus est. Qui ad vitium minimè propensus est, ne ad suspicandum quidem procliuus est.*

C Simplicitas apud Deum in summo pretio est. Calliditas enim, etsi in probis, ac diuinæ legi consentaneis conatibus probanda est: nunquam tamen inter virtutis suauitates recenseri queat.

DE PAUPER TATE, AC VITÆ FRUGALITATE. CAP. XXVI.

D **M**ELIUS est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. Melior est exigua sumptio cum iustitia, quàm multa germina cum iniustitia. Melior est buccella sicca cum gaudio in pace, quàm domus plena victimis cum iurgio. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria: ne fortè satiatu, illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & peierem nomen Dei mei. Mel inuenisti: comede quatum satis est: ne fortè satiatu euomas illud. Comedere multum mellis non est bonum.

Melior est pugillus vnus cum requie, quàm duo manipuli cum labore. Vita sibi sufficietis operarij cõdulcabitur: & in ea inuenies thesaurum. Somnus sanitatis in homine parco.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque duo calceamenta, nec virga n.

E Dignus est enim operarius mercede sua. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum dicebat esse, sed erant ipsis communia. Argentum, aut aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quia necessitatibus meis, & eorum, qui mecum erant, ministrauerunt manus istæ.

Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio humiliari, scio & abundare. In omnibus eruditus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat Christus.

Contenti præsentibus. Ipse enim dixit, Non te deseram, nec te derelinquam. Noli aquam bibere, sed modico vino vttere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Est autem magnus quæstus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in mūdum: haud dubium, quia nec quicquam auferre possumus.



Habentes igitur alimenta & vestimenta, his contenti sumus.

Fac magnum animum habeas. Parietes autem tam parui quam ampli eundem usum præbent.

*Basil. ex Sylon.* Non amplas amo diuitias, sed vivere paruo,  
Dummodò pauperies sit sine labe mihi.

*Orat. 1. de Ierim.* Vis ea, quæ animantium vitam dispensat, moderatum: c. paruum cibum facile conficit,  
Nimia e- atque in eius, quod alitur, substantiam vertit: cum autem profusam ac multiplicem cibo-  
rum copiam accepit, ac deinde imbecillior est, quam ut eam plenè atque integrè concoque-  
dicitas re possit, varia m. rborum genera procreat.

*Ex Ca- non.* Abusus est ultra necessitatem facta impensa. Eò vestium usus tendit, ut carnem, G  
quantum ad frigoris & æstus iniurias propulsandas satis sit, obtegant. Hunc vltro su-  
scepta paupertatis modum Dominus præscripsit, ut ad vnicam tunicam omnes cuiusque  
opes redigantur.

*Nazianz.* Nihil ex his rebus magni æstimamus, quæ postquã in fauces transmissæ sunt, pari postea  
honore sunt, imò potius æquè viles ac contemendæ. Verum adèò simpliciter atque ex tem-  
pore viuimus, ut parum inter nos ac bestias intersit, quibus victus instrumentorum om-  
nium & artificiorum & pers est.

Honestas paupertas opibus iniquè partis antecellit.

Graue est paupertate laborare: at grauius est iniquè comparatis opibus affluere.

*Cyilli.* Condimenti loco sit tibi fames, nec satietatem satietate cumulare, atque appetitum per H  
crapulam obtundere.

*Chrysof.* Qui diem tibi dat, ea quoque, quæ in diem opus sint, dabit. Pauca rectè habere mul-  
tò præstantius est, quam multa sceleratè.

*Nili.* Frugalitas vitæ degendæ ratio, vbi longius processerit, libidinis disciplinas delet. Ci-  
bis vivere non tam incundis quam vtilibus.

*Euagr.* Vir probus paucis rebus eget, ut qui in immortalis & mortalis vitæ tanquam confinio  
sit. Nam quòd eget, id ei propter mortale corpus accidit: quòd autem nò multis rebus opus  
habet, id ei propter animam immortalitatis cupiditate flagrantem contingit.

## DE FRAUDE CERTO CONSILIO FA- I

Et: & quòd ea, cum dolo caret, laudem ei qui fecit, conciliat.

## CAPVT XXVII.

*Gene. 27.*



**D**IXIT Rebecca ad Iacob filium suū iuniorem: Audiui patrem  
tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mi-  
hi de venatione tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi  
coram Domino, antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquie-  
sce cõsiliis meis: & perge ad gregem, & affer mihi duos hoedos  
optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vesci-  
tur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille K  
respõdit: Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrecta-  
uerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat  
super me maledictionem p benedictione. Ad quæ mater: In me sit ista maledictio,  
fili mi: tantum audi vocem meam, & perges affer quæ dixi. Abiit, & attulit, deditq;  
matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrè illius. Et vestib<sup>9</sup> Esau valde bo-  
nis, quas apud se habebat domi, induit eū: pelliculasq; hoedorum circūdedit mani-  
bus, & colli nuda protexit. Deditq; pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit.

*Gen. 31.*

Rachel festinans, abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper. Et  
ait patri: Ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia  
iuxta consuetudinem foeminarum nunc accidit mihi.

38.

Nunciatum est Thamar, quòd focer illius ascēderet in Thamnias ad tonden-  
das oues. Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum: & mutato ha-  
bitu



A bitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eò quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Ingressusque ad eam, ait, Dimitte me vt coeam tecum: nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo? dixit, Mittam tibi hocdum de gregibus. Rursusque illa dicente, Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit, Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit.

B *Tres filios habuit Iudas pater Thamar. Qui cum duos ei in matrimonium collocasset, atque illi sine liberis à vita discessissent, tertium cum ea copulare recusauit, veritus scilicet Damasc. ne ipse quoque mereretur. Thamar itaque in sterilitatis probum lapsa, & fornicationis periculum metuens, arte quadam & consilio aduersus socerum suum utrens, ipse se commiscuit, ac duos filios ex eo sustulit, Phares nimirum, & Zara.*

Dixit soror Moysis ad filiam Pharaonis: Vis vt vadam, & vocè tibi mulierem *Exod. 2.* Hebraeam, quæ nutrire possit infantulum? Respondit: Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedè tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum.

Misit Iosue filius Num de Setim duos viros exploratores in abscondito: & *Iosue. 2.* dixit eis, Ite, & considerate terram, urbemque Iericho. Qui pergentes, ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. Nuntiatumque est regi Iericho, & dictum, Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israël, vt explorarent terram. Misitque rex Iericho ad Rahab, dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt. Tollensque mulier viros, abscondit, & ait, Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quòd abierunt: persequimini citò, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat. Hi autem, qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis: illisque egressis, statim porta clausa est. Dixitque ad eos,

D Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam vestram.

Dixit Dominus ad Samuelem, Vtiquequò tu luges Saul, cum ego proiecerim *1. Reg. 16.* eum, ne regnet super Israël? Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemite: prouidi enim in filiis eius mihi regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum Domino veni. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias, & vnges quemcunque monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus.

E *Hinc discimus, interdum certo consilio administranda esse negotia, nec semper auctoritate, ac potestatis amplitudine utendum. Quandoquidem Deus, qui vel solo sermone quiduis efficere, ac Saulem funditus delere, atque in nihilum redigere poterat, imperauit Samueli, vt astu quodam illius percunctationem eluderet.*

Deposuit Michol Dauid per fenestram. Porrò ille abiit, & aufugit, atque saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. Misit autè Saul apparitores, qui raperent Dauid: & responsum est, quòd ægrotaret. *1. Reg. 19.*

*Non in bellis duntaxat, sed etiam in pace, ingentem atque adeò necessariam fraudis vitiatatem esse qui spia reperiat: nec solum in publicarum rerum administratione, verum etiam domi ac privatim, viro ad uxorem, & uxori ad virum, & patri ad filium, & filio ad patrem.*



trem, & amico ad amicū. Siquidem Saulis filia nō alia ratione vrum ex ipsius manibus F  
erueri potest, quam patrem fallēdo. Quin ipsius quoque frater ei, quem illa seruauerat, peri-  
clitātī rursus salutē afferre cupiēs, iisdē, quib⁹ illa, armis vsus est. Magna enim fraudis atq;  
imposturæ vis est. Illud modē caueatur, ne Veteratorio ac fraudulēto animo adhibeatur.

*Natiāx.* Fraudibus ij omnes patent, qui ad Voluptatem propensi sunt.

*Phil.*

Non omnis dolus in culpa est. Nam & cum ij, qui noctu excubias agunt, latrones, &  
militarium copiarum præfecti, hostes, qui sine dolo comprehendendi nequeunt, ex insidiis ag-  
grediuntur, rectē facere videntur. Et ea, quæ stratagemata vocantur, & athletarum con-  
certationes eandem rationem habent. Etenim in his proprium sibi locum fraus vendicat.

DE LEGATO, ET EO QUI RESPONSVM G  
procurat: & quod is, qui Legatum nihili pendit, eum quoque, à quo  
missus est, contemnit. CAP. XXVIII.

*Prou. 25.*

*Mat. 10.*

*Anony-  
mi.*



QVA frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.  
Sibi ipsi probrū acquirat, qui per stultum nūcium sermonē mittit.  
Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me  
misi.

Quæ legati patiuntur, ea in eos, à quibus missi sunt, redundant.

DE INGRATIS. CAP. XXIX. H

*4. Reg. 25.*



T factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filij  
Elifama de semine regio, & decem viri cum eo, & percusserunt Go-  
doliā, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos, qui erāt cum  
eo in Maspha.

*Schol. Da  
masc.*

Hic cum sermonem accepisset, se nihil mali perpeffurum, datorem interemit.

*2. Par. 24.*

spiritus Domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in cō-  
specu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus, Quare transgredimini præ-  
ceptum Domini, quod vobis nō proderit: & reliquistis Dominū, vt derelinque-  
ret vos? Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium, in  
atrio domus Domini. Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat  
Ioiadas pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait, Vi-  
deat Dominus, & requirat. Cūq; euolutus esset annus, ascendit contra eum ex-  
ercitus Syriæ: venitq; in Iudæam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes po-  
puli, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum.

*Psal. 34.  
108.*

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Pro eo vt me  
diligenter, detrahebant mihi.

*Prou. 17.*

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

*Esa. 1.*

Audite cœli, & auribus percipe terra: quia Dominus locutus est, Filios enutri-  
ui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.

*Sap. 16.*

Ingrati spes tanquam hibernalis pruina tabescet, & fluēt tāquam aqua inutilis.

*Eccli. 29.*

Bona fideiussoris euertet peccator: & ingratus in mēte derelinquet eum, à quo  
liberatus est. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos: & postea amara audiet.

*Incerti.*

Graue est eum, qui maximis beneficiis obstrictus est, non modò nullam gratiam referre,  
sed etiam eum, qui de se bene meritus sit, contumelia atque ignominia laceffere, graue, in-  
quam, est istud: sed tamen facienti grauius malum est, quàm patienti.

Incredibilis quædam profectò ingratitudo ac malignitas hæc est, cuius beneficiis orna-  
tus sis, eius benignitatem in ingratitudinis ansam trahere.

Plerosque homines esse videmus, qui postquam beneficiis affecti fuerint, eos, à quibus ea  
acceperint, perinde ac mancipia contemnant, superciliaque aduersus eos attollant.

*Greg.  
Thaum.*

Graue mihi scelus ingratitudo esse videtur, graue, inquam, atque aded grauisimum.

De re-



A



UNQVID virere potest scirpus sine humore? aut crescere *Iob. 8.*  
carectum sine aqua? Estne nauibus vestigium viæ sine aqua? *9.*  
aut aquila volantis ad prædam? Quis collegit ventos in fi- *28.*  
nu, & aquas omnes veste compressit? Quis apprehendit extre-  
mitates omnes terræ?

Tria sunt mihi cognitu impossibilia, & quartum penitus *Prou. 30.*  
ignoro: Viam aquilæ in cælo, viam colubri super terrâ, viam

B nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.

Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi sese cognouerint? Nunquid rugiet leo *Amos. 3.*  
in saltu, nisi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocẽ de cubili suo,  
nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucu-  
pe? Nunquid auferetur laqueus de terra, antequàm quid ceperit? Si clâget tuba in  
ciuitate, & populus nõ expauescet? Si erit malũ in ciuitate, quod Deus nõ fecerit?

Nunquid gloriabitur securis sine eo qui secat in ea? aut exaltabitur ferra sine *Esa. 10.*  
eo à quo trahitur?

Si potest æthiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos pote- *Hier. 13.*  
ritis benefacere, cùm didiceritis malum.

C Arenam maris, & guttas pluuię, & dies seculi quis numerabit? altitudinem cœ- *Ecli. 1.*  
li, & latitudinem terræ, & profundum abyssi, & sapientiam quis dimensus est?

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Nemo potest duobus *Mat. 5. 6.*  
dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vni adhe-  
rebit, & alterum cõtemnet. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Quis ve-  
strum cogitans, potest adiciere ad staturam suam cubitum vnum? Vtrum col- *7.*  
ligunt ex spinis vuas, aut ex tribulis ficus? Non potest arbor bona malos fru-  
ctus facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Non est discipulus supra ma- *10.*  
gistrum, neque seruus supra dominum suum.

Nihil est opertum, quod non reueletur, neque absconditũ, quod non sciatur, *Luc. 12.*  
& in apertum veniat.

D Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? Non *Mat. 12. 13.*  
est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Quàm difficile is, *19.*  
qui diues est, intrabit in regnum cœlorum. Iterum dico vobis: facilius est came-  
lum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Apud ho-  
mines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia sunt possibilia.

Deum nemo vidit vnquam. Dixit Iesus Nicodemo: Nisi quis natus fuerit *Io. 1. 3.*  
denuò, nõ potest videre regnum Dei. Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo po-  
test homo nasci, cùm sit senex? An potest iteratò introire in ventrem matris suę,  
& nasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua  
& spiritu, non potest introire in regnum Dei.

E Oportet animam affectibus quidem imperare, Deo autem seruire. Neque enim fieri po- *ac Deum*  
test, vt ipsa simul & peccatum & Deum pro rege habeat. Verũ necesse est, vt vitium *pro rege*  
quidem sub potestatem redigat, Domino autem omnium sese subiciat. *habere ne*

Fieri nequit, vt nos diuinæ gratiæ capaces simus, nisi prius contractas à vicio pertur- *mo potest.*  
bationes, quibus animi nostri occupati sunt, eiecerimus. Nam nec vasculũ, quod factor qui- *Capax di-*  
dam antè inuasit, vnguenti infusionem capere potest, nisi prius elutum fuerit. *uina gra-*  
tia esse ne-

Impossibile est bonum capessere, nisi prius à malo abscesseris atque emerferis. *quit, qui*  
Quemadmodum nemo, quantumuis properet, vmbra suam transgredi potest (quippe *animi per-*  
quæ tantum semper anteuertat, quantum comprehenditur) nec visus ad ea, quæ in aspectũ *turbatio-*  
cadunt, citra intermedium splendore & aërem accedere, nec denique pisces sublatis aquis *nes non cõ-*  
natæ: sic etiam fieri nõ potest, vt qui in corpore versantur, citra rerum corporearum ad- *primit.*  
Simile.



D. IOANNIS DAMASCENI

miniculum ea complectantur, quae sub intelligentiam cadunt.

Fieri non potest, ut mundi amor, & charitas erga Deum una existant: quemadmodum nec fieri potest, ut lux & tenebrae una sint.

DE SANCTIS, ET IIS QUI OB EA  
qua agunt, beati praedicantur. CAP. XXXI.

Leuit.  
Deut. 33.

Psal. 7.  
67. 83.

93.  
105.

111.  
118.

145.

Prou. 3.

Zach. 2.

Esa. 30.

Hiere. 17.

Baruc. 4.

Eccli. 14.  
25.

Mat. 5.

Io. 20.  
Luc. 11.

12.

Rom. 14.  
Heb. 11.



SANCTIS metuetis. Beatus es Israël. Quis populus tui similis, qui saluaris in Domino?

Beatus homo, quem corripuit Dominus.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Mirabilis Deus in sanctis suis. Beati qui habitant in domo tua, Domine: in secula seculorum laudabunt te. Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de

lege tua docueris eum. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Beatus vir, qui timet Dominum; in mandatis eius volet nimis.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius: spes eius in Domino Deo ipsius.

Consilium sanctorum prudentia. Beatus vir, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Pretiosior est enim lapidibus pretiosis. Manus electorum facile vincet. Perfectio piorum deducet eos. Beatus qui miseretur pauperum. H

Qui tangit vos, tangit pupillam oculi sui.

Beati omnes, qui manent in ipso. Beatus qui continet manus suas, ne faciat iniusta.

Erit anima sanctorum tanquam arbor fructuosa.

Beati sumus, Israël: quia quae Deo placent, manifesta sunt nobis.

Beatus qui non est lapsus in ore suo. Beatus quem non reprehendit cor suum. Nouem insuspabilia cordis beatificauit, & decimum dicam in lingua. Homo qui iucundatur in filiis, viuens & videns subuersionem inimicorum. Beatus qui habitat cum muliere senesata: & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se. Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. Quam magnus qui inuenit sapientiam & scientiam! sed non est I super timentem Dominum.

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati eritis, cum vos oderint homines, & exprobrauerint, & persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me. Gaudete & exultate: quia merces vestra copiosa est in caelis.

Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Et factum est, cum haec diceret, eleuans vocem suam quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quae suxisti. At ille dixit: Quinimò: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Beati sunt serui illi, quos, cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen amen dico vobis, quod praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram.



A terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Ideò non confunditur Deus vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. *Et paucis interiectis*: Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, & Barac, & Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem deuicerunt regna.

*Beatus, qui ea quæ summi pretij sunt, possidet, atque eorum bonorum particeps est, quæ adimi non possunt. Hunc autem quonam modo agnoscemus? Qui non abiit in consilio im-* *Basil. Ho. in 1. psal.*

B *Beatus, qui dubitationem de Deo non accepit, nec pusillo atque imbecilli ad presentia animo est, sed ea, quæ in spe posita sunt, expectat, nec impiam opinionem de Creatore habuit.*

*Martyrum recordatione quisnam martyrum amans satiari queat? Quandoquidem honor bonis conseruis habitus, beneuolentiæ erga dominum argumentum est.* *Hom. in 40 mart.*

*Animi erga beneuolos cõseruos affectio, ad dominum, cui illi seruiuerunt, redundat: & qui eos, qui fidei causa dimicarunt, honore afficit, perspicue ostendit se eodem fidei zelo præ-* *Sãctorum honor ad Deum redit.*

*Hunc esse questum omnium præstantissimum aio, nimirum exiguo sanguine cœlorum regnum emere, ac pro caducis & temporariis bonis eternitatem gloriæ referre.* *Natiã.*

C *Lex martyrij hoc poscit, ut nec illud in certamen ruamus, persecutorum videlicet at-* *Quæ sit lex martyrij.*  
*que imbecilliorum saluti consulentes: nec rursus in periculo constituti, certamen detrecte-*

*mus. Illud enim temeritatis est: hoc ignauiæ.*

*Beatitudinum consortium, deitatis est consortium. Dei enim sanè propria est beatitudo.* *Niss.*

*Deum cernere, tantum est bonum, ut ad eius magnitudinem nihil accedere possit. Dei autem filium effici, beatitudinem omnem excedit. Nam cui hoc donatum est, ut filius Dei fiat, is proculdubio Patris quoque dignitatem habebit. Hoc porro consequi, supra omne vo-* *Dei filij effici,*

*tum est, supra spem omnem est hoc munus, supra naturam hæc gratia.* *quantum sit bonum.*

*Natura ita comparatum est, ut cupiditas ad id, quod beatum est, ac laude celebratur, sese extendat.*

*Boni omnis caput hoc est, nempe supra viuificam potestatem collocari.*

D *Eiusmodi sunt sanctorum animæ, ut priusquam cadant, erigantur, & priusquam in peccatum ruant, sese tanquam freno quodam reprimant. Quandoquidem perpetuo vigilat, atque ad salutem suam excubant.* *Chryso.*

*Christi præstigiatores non per tenuem funiculum currunt, nec super nudos enses saltantes arte quadam plagas effugiunt, Verum funiculi loco angustam atque utrinque præruptam ac precipitem pietatis viam firmo gressu peragunt: tyrannicorum autem gladio- rum aciem per suam in excipiendis vulneribus alacritatem retundunt, non quidem id agētes, ut ne quid patiantur, sed id potius studentes, ut patiendo vincant.*

*Videtur martyrium gloriosa quædam peccatorum purgatio esse.*

*Beata est ea natura, quæ omnibus de causis gaudet, atque ita affecta est, ut nihil omnino in mundo egre ferat, Verum ijs, quæ sunt, acquiescat, tanquam quæ rectè atque utili-* *Clem. Philo.*

E *ter fiant.*

DE PRIMITIIS AC DECIMIS: ET QVOD  
primitias Deo offerre oporteat. CAP. XXXII.



PRIMITIAS frugum tuarum non tardabis offerre. Non ap- *Exod. 22.*  
parebis in conspectu meo vacuus. Primitias primorum fru- *34.*  
ctuum terræ tuæ inferes in domum Domini.

Brachium dextrum sacerdotis erit. Omnes decimæ terræ *Leuit. ult.*  
Domini sunt, & illi sanctificantur.

Attende tibi ipsi, ne derelinquas Leuitam omni tempore quo *Deut. 12.*



D. IOANN. DAMASCENI

16. viuis in terra. Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus: vnusquisque secundum vires manuum vestrarum, secundum benedictionem Domini Dei tui, quam degit tibi.


Prou. 3. Honora Dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus, & primitias ei offer de tuis iustis fructibus: vt impleantur horrea tua frumento, & vino torcularia tua redundent. Non apparebis in conspectu meo vacuus.


Ecli. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da Altissimo secundum datum ipsius: quoniam Dominus retribuens est, & septuplum reddet tibi.

Hier. Ex omnibus primitiis vestris dabitur sacerdotibus.


Na 7. Virtute nullum gratius donum Deo.  
in Terr. Quiduis licet des, nil tamen dignum feres.  
Hoc offer ergo quod queat pauper dare.  
Meretricis horret purus ille premium.

DE LAETO NVNCIO. CAP. XXXIII.

Pro. 25.  Ict aqua frigida animae sitienti: ita nuncius bonus de terra longinqua.

Rom. 10.  Quam speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

DE MALO NVNCIO. CAP. XXXIIII.

Gen. 37.  Vlerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi, quem occiderant, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit, an nō. Quam cum agnouisset pater, ait, Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.

1. Reg. 4. Respondens ille, qui nunciabat, dixit ad Heli: Fugit Israël corā Philistiim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est. Cūque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.

2. Reg. 1. Apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, & puluere conpersus caput. Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit. Dixitque ad eum Dauid: Vnde venis? Et dixit: Ex castris Israël saluatus sum. Et dixit Dauid: Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Et dixit ille: Fugit populus ex prælio, & multi interfecti sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Et apprehendens Dauid vestimenta sua, scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionatham filium eius, & super populum Domini, & super domum Israël, eò quòd corruissent gladio.

2. Reg. 18. Et dixit Chusi ad regem: Fiant sicut puer Absalon inimici Domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. Contristatus itaque rex, ascendit coenaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur vadens, Fili mi Absalon, fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalon fili mi?

Ezech. 7. Conturbatio super conturbationem veniet, & nuncius super nuncium. Et quærent visionem à Propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ cõturbabũtur.

DE OSCVLO: ET QVOD HINC BENE-  
uolentia concilietur. CAP. XXXV.

Cūm



**A** **V**ni accederet homo ad Absalon, vt adoraret eum, extendebat 2. Reg. 15.  
manum suam, & apprehendens osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israël venienti ad iudicium, vt audiretur à rege: & conciliabat sibi corda virorum Israël.  
Intrantes in domum, salutate eum. Et siquidem fuerit domus Mat. 10.  
ea digna, veniet pax vestra super eam: sin minus, pax vestra reuertetur ad vos.

*Affabilem in congressibus, ac suauem in colloquijs esse oportet. Naz.  
Ne existimemus leuem ac vilem esse hanc virtutem, nimirum affabilem sese præbere, Chrys.  
B atque hominum alloquijs patere.*

DE OCCURSIBVS, ET DE IIS QVI EX MALIS in mala incidunt. CAP. XXXVI.

**L** B VNT in afflictiones Ægypti: & excipiet eos Méphis, & sepeliet eos. Osee. 9.  
Quomodo si fugiet vir à facie leonis, & occurrat ei vulsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Et erit, qui fugit timorem, incidet in foueam: & qui excedit è fouea, absumetur à laqueo. Amos. 5.

DE OTIO ET QUIETE. CAP. XXXVII.

**Q** UORIFICARE, qui sedes in domo tua.  
Quiesces, nec erit qui tibi bellum inferat. Job.  
Tu Domine singulariter in spe cõstituisti me. Singulariter sum Ps. 4. 14.  
ego, donec transeam.

Vir prudens quietem agit. Boni perpetuò quiescunt. Prov.  
Super quem respiciam, nisi super humilem & quietum, & timentem sermones Esa. 66.  
meos.

**D** NOLITE exire ad agros, & in viis ne ambuletis: quia gladius hostium habitat in circuitu. Hier. 6.

Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, Thren. 3.  
& tacebit: quia leuauit se supra se.

Reuertetur Iacob, & quiescet, & dormiet in salutari Domini: & non erit qui ei molestus sit.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Luc. 10.

Rogamus vos, fratres, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & opere mini manibus vestris. 1. Thess. 4.

**E** Vita priuata atque ab hominum commercio diuulsa, ei quæ vnita est, ac societate gaudet, à plerisque anteponitur. Basl.

Vi quadam, quæ dici non potest, mentem suam illi informantes, qui eam nullis negotijs districtam habent, in ea causa sunt, vt Dei sermo eos auigæ instar moderetur.

Solitudo animæ puritatem inchoat. Quemadmodum enim fera, blanda conuexatione cicutantur: sic etiam cupiditates, iræ, mœrores, timores, pestifera animæ mala, per solitudinem consopita, ac non assidue irritamentis efferata, facilius postea rationis superantur. Simile. solitudinis utilitas.

Mens in mundum minimè diffusa, in sese redit, ac per se postea ad Dei notionem assurgit. Ac tum nec ad cibi curam, nec ad indumentorum sollicitudinem sese detorquet, sed ab omnibus terrenis curis feriatâ, studium omne suum ad eternorū bonorū adeptionē transfert.

Solitudinem non nihil amplecti oportet: vt animo minimè turbido & inquinato Deum alloquamur, ac mentem à rebus vagis aliquantisper reducamus. Solitudo à negotijs libera, splendore cum negotijs coniuncto præstantior est. Naz. Orat. de seipf.



Chrys. Tum denique maximè insidiatur diabolus, cum nos solos, atque cib omnium consuetudi-  
ne semotos videt.

Ei, qui continentia studium proficitur, turbas quoque fugere cõuenit: vt mentem ab om-  
ni distractione liberam, ac pectus ab omni perturbatione purum habeat. Magnus enim in-  
ter hominum turbas tumultus est.

Ad perfectionem adipiscendam ingens in secessu subsidium positum est.

serapion. Ad consequendam doctrinam plurimum adiumenti affert animus ab omni distractio-  
ne immunis.

Euagrius. Præstat in stœrea decumbere, ac fidenti animo esse: quàm in aureo lecto perturbari.

Nilus. Vita solitaria & quæta multis opibus est splendidior.

Philo. Sapiens tranquillitatem & quietem atque otium consecratur: vt in diuinis commenta-  
tionibus animo quieto versetur.

DE SENTENTIA, ET CONDEMNATIO-  
ne, ac seueritate Dei: & quòd nec ultra Dei iram vindicanda pec-  
cata sint, nec ultra ipsius mandata benignitate vtendum.

CAP. XXXVII.

1. Reg. 15.



T dixit Samuel ad Saul: Nonne cum paruulus esses in oculis  
tuis, caput in tribubus Israël factus es? vnxitque te Dominus  
in regem super Israël: & misit te Dominus in viam, & ait: Va-  
de, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos vs-  
que ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem  
Domini, sed versus es ad prædam, & regem Agag saluasti, &  
contempnisti verbum Domini? Pro eo ergo quòd abiicisti  
verbum Domini, abiicit quoque te Dominus, ne sis rex.

3. Reg. 20.

Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Israël: Hæc dicit Dominus, Quia di-  
xerunt Syri, Deus montium est Dominus, & nõ est Deus vallium, dabo omnem  
multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus. Di-  
rigebantque septem diebus ex aduerso hi, atque illi acies, septima autem die com-  
missum est bellum: percusseruntque filij Israël de Syris centum millia peditum in  
die vna. Fugerunt autem qui remanserant in Apher, in ciuitatem: & cecidit murus  
super viginti septem millia hominum, qui remanserant. Porrò Benadad fugiens,  
ingressus est ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum. Dixeruntque ei  
serui sui, Ecce audiimus quòd reges domus Israël clemetes sint. Ponamus itaque  
faccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem  
Israël: forsitan saluabit animas nostras. Accinxerunt faccis lumbos suos, & posue-  
runt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israël, & dixerunt ei: Ser-  
uus tuus Benadad dicit, Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait, Si adhuc viuit, frater  
meus est. Quod acceperunt viri pro omine, & festinantes rapuerunt verbu ex ore  
eius, atque dixerunt, Frater tuus Benadad viuit. Et dixit eis, Ite, & adducite eum ad  
me. Egressus est ergo ad eum Benadad, & leuauit eum in currum suum. Qui dixit  
ei, Ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & plateas fac tibi in Dama-  
sco, sicut fecit pater meus in Samaria, & ego foederatus recedam à te. Pepigit ergo  
foedus, & dimisit eum. Tunc vir quidam de filiis Prophetarum dixit ad socium  
suum in sermone Domini, Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait, Quia no-  
luisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cùmque paulu-  
lum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit. Sed & alterum inueniens vi-  
rum, dixit ad eum, Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. Abiit ergo Pro-  
pheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione pulueris os & oculos suos.  
Cùmque rex transisset, clamauit ad regem, & ait, Seruus tuus egressus est ad præli-  
um cominus: cùmque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait, Cu-  
stodi



A stodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. Et ait rex Israël ad eum: Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim absterfit puluerem de facie sua, & cognouit eum rex Israël, quod esset de Prophetis. Qui ait ad eum: Hęc dicit Dominus, Quia dimisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.

Scrutabor Ierusalē in lucernis, & visitabo super viros defixos in facibus suis, *Soph. 1.* qui dicunt in cordibus suis, Nō faciet Dñs bene, & nō faciet malē. Aperite horrea eius: scrutamini eam sicut speluncā, & exterminate eam. Ne sitis ipsi hospitium.

Terra, terra, audi verbum Domini: Scribe virum istum sterilem inter homines. *Hier. 22.*  
 B Non crescat de semine eius vir sedēs super thronum Dauid in Iuda.

*Cum nobis res est cum ijs, qui infestum aduersus veritatem odium gerunt, ac mandatis Basili. Dei aduersantur, tum necesse est obsequi huic praecepto Dei: Si oculus tuus dexter scandalizet te, erue eum, & projice abs te. Nam alioqui benignitas ea, quam huiusmodi hominibus adhibueris, stulta & illi clementia non dissimilis fuerit, qua Saul, contra quam ei à Domino imperatum fuerat, erga Agag usus est.*

DE ANGARIA. CAP. XXXIX.

**C** M BECILLES impiorū vineas sine cibo & mercede coluerūt. *Job. 24.*  
 Si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo alia mille. *Mat. 5.*  
 Væ qui aedificat domū suam in iniustitia, & coenacula sua *Hier. 22.*  
 non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.  
 Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum intrauit in aures Domini exercituum. *Iac. 5.*

DE PVDORE BONO. CAP. XL.

**D** E M & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, faciēsque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. *Gen. 9.*  
 Est confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ante grandinem exhibit coruscatio: & ante pudibundum exhibit gratia. Erubescite à patre & matre *Eccli. 4. 32. 41.*  
 de fornicatione, & à presidente & à potēte de mendacio: à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia, & de loco in quo habitas: de furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: à salutantibus, de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. Caue ab amicis de sermonibus improprij, & reuelatione verbi absconditi. Et eris pudibundus vt verax: & inuenies gratiam coram omni homine.

DE PVDORE MALO. CAP. XLI.

**R** O anima tua ne confundaris. Est enim confusio adducens peccatū, *Eccli. 4.* & est confusio adducens gloriam & gratiam. Et ne accipias personā aduersus animam tuam: & ne reuerearis in ruinam tuam. Est qui propter pudorem promittit amico suo: & acquisiuit eum inimicū. *25.*  
 Ira & impudentia & infamia magna est, si mulier primatū teneat in virum suum.



42. Ne pro his omnibus confundaris: & ne accipias personam ut delinquas. De lege Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, de verbo sociorum & viatorum, & de datione hereditatis amicorum: de æqualitate stateræ & ponderum, & acquisitione multorum & paucorum: de corruptione emptionis & negotiatorum: & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. Super mulierem nequam bonum est signum. Vbi manus multæ sunt, claude: & quodcunque trades, numeram & appende. Datum verò & acceptum omne describe.

Philo. Pudorem aiunt plerisque minimè profuisse.

DE INIQUIIS PETITIONIBVS: ET QVOD  
eas ad finem perducere non oporteat, etiamsi mater sit quæ eas faciat. G  
CAP. XLII.

3. Reg. 2.

**P**OSITVS est thronus matri regis, quæ sedit ad dextram eius. Dixitque ei, Petitionem vnã paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas est, ut auertam faciem tuam. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Responditque rex Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar Sacerdotem, & Ioab filium Saruæ. Iurauit itaque rex Salomō per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit Dominus, qui firmavit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitque rex Salomon per manum Benaia filij Ioiadæ, qui interfecit eum: & mortuus est. H

Mat. 20.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dextram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dextram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.

DE AVARITIA: ET QVOD SINE VLLA  
satietae plura semper appetimus. I  
CAP. XLIII.

Pro. 27.

**I**N FERNVS & perditio nunquam implentur: similiter & oculi hominum sunt insatiabiles.

Eccl. 1.

Non satiatur oculus visu, nec auris auditu. Propter insatiabilitatem multi perierunt.

Nat.

Inexplebilis corporis cupiditas homines etiam alioqui sapientes mentis errore afficere potest, deterris que sentire cogit, rationem nimirum, non secus ac petulans quidam equus, secum abripiens.

Nili.

Humana natura ad plura cupiditatem peruiat excubat. Malus plurimis rebus semper eget, ut qui propter inexplebilem cupiditatem semper omnia sitiit. Quam quidem ignis ritu exuscitans atque inflammas, ad omnia tam parua quam magna grassatur.

DE FRATRIBVS. CAP. XLIIII.

Leuit. 19.

Psal. 132.

Pro. 18.

19.

**N**ON habebis odio fratrem tuum in mente tua. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Fratres in necessitatibus utiles sint. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & fortis sicut vectes vrbium. Omnis qui pauperem



A rem amicū odio hādet, ab amicitia longè remotus est. Melior est vicinū a- 27.  
micus, quā frater longè habitans.

Qui fratres sunt, adiutores quoque sint in tribulationibus. Ne commutes Eccli. 40.  
amicū sincerum cum auro optimo.

DE MENDICANTIBVS.  
CAP. XLV.

B **B**ILI, in tempore vitæ tuæ ne mendices. Melius est enī mori, quā Eccli. 40.  
mendicare. In ore impij dulce erit mendicationis munus: & in ven-  
tre ipsius ignis ardebit.

DE TURPILOQUIO.  
CAP. XLVI.

C **C**ORRUMPUNT bonos mores colloquia praua. 1. Cor. 15.  
Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis Ephe. 4.  
bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.  
Turpitude, & stultiloquium, & scurrilitas, quæ ad rem non 5.  
pertinent, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos.  
Turpis sermo ne exeat ex ore vestro.

*Sermonum consuetudo ad res ipsas viam munit. Ac proinde quā diligentissimè con- Basl.  
seruandus est animus, ne per sermonum voluptatem imprudētēs aliquid mali suscipiamus, Sermo ad  
non secus videlicet ac toxicum aliquod melle conditum admittentes. res ipsas a  
ditu ape-  
rit.*

*Mali studium, temporis diuturnitate confirmatum, vix vquam, imò ne vix quidem  
curari potest, consuetudine nimirum plerumque in naturam migrante.*

*Occlude verbis turpibus cera tuas  
Aures, sonisque cantuum molliſſimis.* Naſſ. 7.  
in Tetr.  
Philo.

D **T**urpes & vani sunt illi, qui in rebus vanis ingenij atque industria specimen edunt, &  
cum ad res præclaras addiscendas tardi sint & hebetes, contra ad turpia percipienda ce-  
lerrimi atque acutissimi sunt.

*A sermonis obscenitate non ipsi tantum abstinere, sed eos quoque, qui ea vtuntur, com- Clemens.  
primere debemus, tum acriore conspectu, tum vultus auersione, tum subsannatione, vt dici Obscena  
loquentes  
compri-  
mendi  
sunt.*

*Petulantiam in sermonibus adhibere, vsu quodam atque consuetudine hoc affert, vt in  
rebus etiam petulantia laboremus.*

*Prorsus à turpium rerum auditione, turpibusque spectaculis abstinentum est: multò au-  
tem magis id agendum est, vt ab obscenis rebus puri ac liberi simus.*

*Iter ad impudentiam est sermonis obscenitas: atque vtriusque finis est obscenū facinus. Didymi.*

E **DE MALEDICTIONE IVSTE AVT  
iniuste inducta: & quòd benedicere oporteat, non  
maledicere. CAP. XLVII.**

**S**ICVT auis ad alta tranſuolans, & passer quò libet vadens: sic maledi- Prou. 26.  
ctum frustra prolatum nemini superueniet.

Non relinquis quærentibus tibi retrò maledicere. Maledicentis e- Eccli. 4.  
nim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Exaudiet  
autem eum qui fecit illum. Maledictio matris eradicat fundamenta. 3.

Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Rom. 12.  
Lingua, inquietum malū, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deū, 1ac. 3.

F



D. IOANN. DAMASCENI

& patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. F  
De eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc  
ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?  
Nunquid, fratres mei, potest ficus uvas facere, aut vitis ficus?

DE REMISSIONE PECCATORVM,  
& quibus modis veniam consequi possumus.  
CAP. XLVIII.

Iob. 11.



**F**ixe fordes, & ne timeas: & laborem tuum solue tanquam  
fluctum prætereuntem, & non timebis: quia oratio tua erit si- G  
cut lucifer.

Pro. 13. 15.

Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ. Per misericordiam  
& fidem purgantur peccata.

Hier. 5.

Si est qui faciat iudicium, & querat fidem, propitius ipsi ero,  
dicit Dominus.

Sap. 12.

Bonæ spei fecisti filios tuos: quia das locum in peccatis penitentiae.

Eccli. 3.

28.

Ignem ardentem extinguit aqua: & elemosyna resistit peccatis. Remitte ini-  
uriam proximo tuo: & tunc deprecanti tibi peccata tua soluentur. Qui hono-  
rat patrem, redimit peccata. Beneplacitum Domini est abstinere ab iniustitia: H  
& propitiatio, abstinere à peccato.

Mat. 6.

Si dimiseritis hominibus peccata ipsorum, & pater vester cœlestis dimittet vobis.

Iaco. 5.

Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius ex  
morte, & operiet multitudinem peccatorum.

DE DESPERATIONE: ET QVOD  
salutis nostræ spem abiicere non debeamus.  
CAP. XLIX.



**N**ON eris animo: quia spes tibi est.

Homines, quorum salus deplorata erat, implebuntur lætitia. I

Bafil. Ex-  
hort. ad  
Bapt.

Nemo priuationum metu bona reiicit. Nam hoc pacto nulla res humana  
consistet, si in singulis rebus, quas aggredimur, iacturas consideremus. Agri-  
cultura enim sterilitas imminet, mercatura naufragia, coniugis viduitates, filiorum edu-  
cationibus orbitates. Nihilominus tamen secius res aggredimur, semper quidem lætiora nobis pol-  
licentes, caterum rerum spe conceptarum euentum ad Deum, qui res nostras administrat  
ac moderatur, referentes.

Neque is, qui ab ignavia & socordia remotus est, in desperationem unquam incidet: neque is,  
qui spe læta alitur, ac de sua salute minime desperat, in socordiam unquam prolabi poterit. K

DE ANATHEMATE ET EXCOMMV-  
nicatione. CAP. L.

Deut. 7.



**N**ON inferes quippiam ex idolo in domum tuam: ne fias anathe-  
ma, sicut & illud est. Quasi spurcitiem detestaberis, & velut in-  
quinamentum ac fordes abominationi, habebis: quia anathema  
est. Non inuenietur in manu tua quicquam de anathemate.

Iosue. 7.

Dixit Dominus ad Iosue: Non poterit Israël stare ante ho-  
stes suos, cōsq; fugiet: quia pollutus est anathemate. Non ero  
vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus  
est. Surge, sanctifica populum, & dic eis: Sanctificamini in crastinum. Et quicun-  
que in hoc facinore comprehensus erit, cōburetur igni cum omni substantia sua:  
quoniam



A quoniam præuicatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israël. Surgens itaque Iosue manè, dixit Achan: Indica mihi quid feceris. Et ait Achan: Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos fidos argenti, regulamq; auream quinquaginta fidorum, & concupiscens abstuli, & abscondi terra contra medium tabernaculi mei. Et lapidauerunt eum, & totam ipsius familiam.

DE IIS, QUÆ MISCERI, ATQVE COMMERCIIUM INTER SE HABERE NON POSSUNT.

CAP. LI.

B



VID paleis ad triticum?

Si comunicabit lupo agno, aliquando: sic peccator iusto. *Hier. 23. Eccl. 13. 16.*  
 Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim se colliserint, confringentur.

Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ demoniorum. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ participatio luci ad tenebras? aut quæ conuentio Christo & Belial? aut quæ pars fidei cum infidelibus? aut quæ consensio templo Dei cum idolis?

C Tenebra lucis presentiam non sustinent: morbus orta sanitate non consistit: turbidi animi motus presente tranquillitate vim suam non exerunt: cassa & inanis mors est, atq; ex oculis euanescit corruptio, cum vita in nobis regnat, atque incorruptio imperio potitur. *Inerti.*

Fiat in me voluntas tua, vt diaboli voluntas extinguatur. Quemadmodum enim in ca simile. lignosis antris, illato lumine caligo de medio tollitur: sic voluntate tua in me effecta, improba omnis, & turpis voluntatis agitatio in nihilum redigitur.

Voluptas laborem non admittit, nec mœror letitiam, nec tristitia oblectationem. Nec *Cyilli.* rursus labor imperium tenens voluptatem admittit, nec mœror dominium obtinens letitiam adiunctam habet, nec tristitia cum oblectatione coniuncta est. Affectus enim contrarij eam rationem habent, vt inter se copulari nequeant, neque unquam amico sedere sociari, propter implacabilem illam inimicitiam & similitatem, quam à naturam habent.

D Fieri non potest, vt amor mundi vna cum Dei amore existat: quemadmodum nec fieri, vt lux cum tenebris versetur. *Philom.*

Hic in Græco incipit littera B.

DE REGNO COELORVM.

CAP. LII.

E



VAERITE primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia *Matth. 6. 11.* adiacentur vobis. A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. *3. Matth. 13. Matth.*

Simile est regnum cœlorum homini quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiens vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam, &c. Respondens Iesus, rursus locutus est eis in parabolis, dicens: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & volebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, *20. Matth. 22.*

F ij



& abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam. Reliqui verò tenuerant seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

25. Tunc simile factum est regnum coelorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ, &c.

Mar. 4. Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat fementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. G Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

ibid. Cui assimilabo regnum Dei? aut cui comparabo illud? Simile est grano sinapis, quod cum seminat homo, minus est omnibus feminibus quæ sunt in terra. Et cum seminatum fuerit, ascendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues coeli habitare.

Acl. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Rom. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & gratia in Spiritu sancto.

I. Cor. 4. Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. An nescitis quia iniusti regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicatores, neque molles, neque masculorum concubitores, neque maledici, neque ebriosi, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. H

Basil. Homo, cum consummatur, ad angelorum dignitatem euahitur.

Naxia. Sonum illum epulantium, ubi letantium omnium habitatio est, non aliud quicquam esse existimo, quam Dei laudationem ac predicationem, quæ ab iis celebratur, qui illam vitam diuino beneficio consecuti sunt.

Orat. 1. de paup. amor. Quemadmodum varia sunt vitæ instituta, sic multa quoque apud Deum mansiones sunt: quæ quidem cuique pro merito distribuuntur. Ac quidem alius hanc virtutem adipiscatur, alius illam, alius plures, alius omnes, si fieri possit. Tantum incedat, ac porro progredi studeat, & rectè præuentem, atque per angustam viam & portam ad futuræ beatitudinis latitudinem ducentem à tergo sequatur. I

Vnà cum Christo sepeliri me oportet, vnà cum Christo resurgere, vnà cum Christo heredem esse filium Dei, atque ad eum Deum ipsum effici.

Virtutis præmium hoc est, nimirum Deum effici, ac purissimo lumine perfundi.

Certa & indubitata futuræ gratiæ spes maiorem in modum eos oblectat, qui eum per patientiam expectant.

Regni dignitas superiore loco sitam tyrannidem non habet.

Cyrilli. Bonorum in spe atque expectatione positorum flos tribulatio est. Quocirca propter fructum florem decerpamus. K

Clemens. Non dormientium & ignauorum est regnum Dei: sed violenti rapiunt illud. Hoc enim solum violentiæ genus honestum ac præclarum est, nempe Deo vim inferre, atque ab eo vitam extorquere. Ille autem cognitos eos habens, qui firmiter, imò violententer stringunt, concedit, ac manus dat. Gaudet enim Deus ad hunc modum superari.

Ex 21. pist. Regnum illud incorruptibile cupiditatem non habet, sed bonorum omnium presentiam. Ex penuria enim cupiditas oritur: contra ex eo quod quispiam omnibus bonis fruatur, hoc ei oritur, ut nihil concupiscat.

Regnum Dei, status eorum dicendus est, qui vitam diuinis legibus consentaneam ducunt.

De con-



A DE CONSILIO DEI: ET QVOD HOMINES illud nec mutare, nec mente comprehendere queant. CAP. LIII.

**D**OMINVS dissipat consilia gētium: reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum. Terribilis in cōsiliis super filios hominum. Multae cogitationes in corde hominis: consilium autem Domini in aeternum manet.

Quae Dominus decreuit, quis dissipabit? & manus eius extenta: & quis auertet eam? Hæc dicit Dominus exercituum: Quemadmodum dixi, sic erit: & quemadmodum mente tractavi, sic manebit.

Vbi sunt sapientes tui? Annuncient tibi quid decreuerit Dominus exercituum. Quis nouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo inuit consilium, & instruxit eum? Deus aeternus, qui construxit summitates terræ. Non esuriat, neque laborabit: & non est inuentio prudentiæ ipsius.

Ego sum Deus, & non est alius præter me. Omne consilium meum stabit: & omnia quæcūque proposui, faciam. Locutus sum, & adduxi: creauit, & feci ipsum. Verbum quod egreditur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcūque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidae, & incertae prouidentiae nostrae. Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam?

*Vbi Deus vult, superatur natura ordo. Si enim voluit, potuit.*

*Chryso.*

DE DEI AUXILIO: ET QVOD DEI fauore aspirante, imbecilles sint hominum insidiæ, ac pauci multos superant. CAP. LIIII.

**D**VANTO magis eos opprimebant, tanto magis multiplicantur. Dixit Dominus ad Moysen: Vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & audiui clamorem eorum, propter duritiam eorum, qui operibus præsumunt: & sciens dolorem eius, descendi ut liberem eos, & educam de terra illa in terram fluentem lacte & melle.

Et dixit Balaam: De Aram adduxit me Balac rex Moab, dicens, Maledic Jacob, & detestare Israël. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur?

Dixit Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixeris tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quæ ego prohibuero, reuertatur. Cùmque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiciendo lambuerant aquas, trecenti viri. Omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian.

Tulit Dauid baculum, quem habebat in manibus, & elegit sibi quinque lapidissimos lapides de torréte, & misit eos in peram pastorem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit aduersus Philistæum. Cùmque inspexisset Philistæus, & vidisset Dauid, desepxit eum: erat enim adolescens. Et dixit: Nun-



quid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo & lapidibus? Et dixit Dauid ad eum: Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israël, quibus exprobrasti hodie, & tradet te Dominus in manum meam, & percutiam te, & auferam caput tuum a te: & dabo cadauera castrorum Philistinum hodie volatilibus caeli, & bestiis terrae: ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israël, & nouerit uniuersa Ecclesia haec, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus (ipsum enim est bellum) & tradet vos in manus nostras. Cum ergo surrexisset Philistaeus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philistaei. Et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, & fundam iecit, & circumducens percussit Philistaeum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Praeualuitque Dauid aduersus Philistaeum in funda & lapide, percussusque Philistaeum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit & stetit super Philistaeum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, praeciditque caput eius.

2. Reg. 17. Dixitque Absalon, & omnes viri Israël: Melius est consilium Chusi consilio Achitophel. Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile: ut induceret super Absalon mala.

4. Reg. 7. Ingressi sunt quatuor leprosi, & Deo bene volente, uniuersum exercitum Syriae terrore affecerunt.

2. Par. 2. Aedificauit Ezechias omnem murum, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum. Et conuocauit uniuersos in plateis: ac locutus est ad eos, dicens: Viriliter agite, ac confortamini: nolite timere, nec paucatis regem Assyriorum, & uniuersam multitudinem, quae est cum eo. Multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo. Cum illo enim est brachium carneum: nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortaturque est populus.

Psal. 32. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? &c. Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. Nisi quia Dominus erat in nobis, &c.

Ion. 2. Clamaui in tribulatione mea ad Dominum: & exaudiuit me.

Zach. 2. Et ego ero ei, ait Dominus, murus in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Et faciam vltionem in omnibus qui spreuerunt eos.

Esa. 8. Nobiscum Deus: cognoscite gentes, & vincimini: & audite usque ad finem terrae.

Hier. 20. Et factus est adiutor meus. Propterea non sum confusus, sed posui faciem meam ut firmam petram, & cognoui quia non confundar. Dominus mecum est tamquam bellator fortis. Dominus dat vitam contritis corde. Cantate Domino, & laudate eum: quia eripiet animam pauperis de manu maligni.

Dan. 13. Exclamaui voce magna Susanna, & dixit: Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me. Et ecce morior, cum nihil horum fecerim, quae isti malitiose composuerunt contra me. Exaudiuit autem Deus vocem eius. Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. Et exclamaui voce magna, Mundus ego sum a sanguine huius, &c.

Act. 7. Patriarchae amulantes Ioseph, vendiderunt eum in Aegyptum, & erat Deus cum eo: & eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius. Et dedit ei gratiam & sapientiam in conspectu Pharaonis regis Aegypti. Et constituit eum praepositum super Aegyptum.

Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Nilus.

Nil eo

fortius,

qui Deum

secum ha-

bet.

Qui Deum secum habet, omnibus est fortior. Si omnia ea, quae mali atque impij praestigiatores moluntur, ipsis, atque eorum propugnatoribus & adiutoribus demonibus efficere liceret, ne unum quidem Christianum, nec templum unum, nec admonitionem bonam, aut doctrinam salutarem usquam in terra superesse permisissent.

De Ba-





CREDIT ad eum, & illuminamini: & facies vestrae non confundentur. *Psal. 33.*

Sitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, pro- *Esa. 55.*  
 perate, & emite: & bibite vinum sine argento & pretio. *12.* Hau-  
 rietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Lauamini, *1.*  
 mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego *Mat. 11.*

B reficiam vos.

Amen amen dico vobis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non *Io. 3.*  
 intrabit in regnum Dei.

In diebus Noë, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animae saluae *1. Per. 3.*  
 factae sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formae saluos facit baptisma: non  
 carnis depositio fordidum, sed conscientiae bonae interrogatio ad Deum, per refur-  
 rectionem Iesu Christi.

Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum Dei *Heb. 6.*  
 coeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum  
 Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad poeni-  
 tentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes.

*Baptismi tempus, vniuersa hominum vita est. Quemadmodum enim corpori citra re- Basil. ex-  
 spirationem viuere impossibile est: sic etiam fieri non potest, ut anima consistat, quae Crea- hort. ad  
 torem minime cognoscit. Dei enim ignoratio, anima mors est. Qui autem baptismi aqua in- Bapt.  
 etus non est, illuminatus non est. Porro absque luce, nec oculus ea, quae in aspectum cadunt, simile.  
 cernere, nec anima Dei contemplationem suscipere potest. Ioannes baptismum poenitentiae  
 praedicabat: & ad eum vniuersa Iudaea exibat. Dominus praedicat baptismum adoptionis:  
 & quis ex ijs, qui in ipsum sperant, non parebit? Baptismus ille rudimentarius dumtaxat  
 erat: hic perficiendi vim habet. Ille recessus a peccato erat: hic coniunctio cum Deo.*

*Israël, nisi mare traieisset, a Pharaone disunctus non fuisset: tu quoque, nisi per aquam Baptismi  
 transferis, ab amarulenta diaboli tyrannide non te remouebis. Ille de spiritali petra non bi- suscipiendi  
 bisset, nisi typice baptizatus fuisset: eodem modo nec tibi veram potionem quisquam datu- necessitas.  
 rus est, nisi vere baptizatus fueris. Ille post baptismum angelorum panem manducauit: sic  
 tu, nisi prius baptismum susceperis, panem viuum non manducabis. Ille ob baptismum ad  
 promissam terram ingressus est: tu quoque quo tandem pacto in paradisum ingredi queas,  
 nisi baptismo consigneris? Illudne te fugit flagrantem gladium ad ligni viam custodiendam  
 collocatum esse, infidelibus quidem terribilem & exurentem, ijs autem, qui fide praediti  
 sunt, facile peruium, ac blandè illucentem? Quin illum quoque versatilem fecit Dominus.  
 Nam cum fidelem viderit, terga vertit: cum autem aliquem baptismi minime consigna-  
 tum, rectè in eum impetum facit. Elias currum igneum & equos flammeos ad se venien-  
 tes non extimuit: verum coelestis itineris cupiditate incensus, terroris plena fide ter aggres-  
 sus est, ac leto animo flagrans vehiculum conscendit is, qui adhuc in carne debebat: tu ve-  
 rò non quadrigam igneam conscensurus, sed per aquam & Spiritum in caelum ascensurus,  
 ad vocationem non accurris?*

*Si hominum seruus esses, ac publico scripto libertas seruis proposita esset, an non ad pra-  
 stitutum diem adesses, patronos mercede conducens, ac iudices obsecrans, ut omni ratione  
 in libertate afferereris? Imò etiam colaphum, hoc est extremam seruorum plagam, hac condi-  
 tione, ut postea cruciatibus eximereris, non recusares. Cum autem te, non hominum, sed pec-  
 cati seruum, ad libertatem praeco vocet, ut te captiuitate liberet, atque angelorum conciumem  
 efficiat, filiumque Dei, per gratiam videlicet adoptatum, constituat, ac bonorum Christi  
 heredem, nondum tibi tempus esse ais accipiendi quae tibi oblata sunt.*

Quando Christianus eris? Quando te velut nostrum agnoscemus? Anno superiore pra- *In eos qui*



baptismū sens tempus expectabas: nunc rursus futurum expectas. Vide ne longiores vita pollicitatio- F  
 nes facere comperiaris. Nescis quid crastina dies paritura sit. Ne ea promittas, quæ tua non  
 differunt. Ad vitam te, ô homo, fruis: quid tu vocationem fugis? Ad bonorum fruitionem:  
 quid tu beneficium præteris? Cælorum regnum apertum est: qui vocant, à mendacio abhor-  
 ret: facilis est via. Non tempore, non impensa, non labore opus est. Quid refugis? quæ tan-  
 quam vitulus iugum expers, iugum metuis? Suave est, leue est. Non collum premit, sed gloria  
 afficit. Neque enim iugum ad collum astringitur: sed vltre ac libere trahentem poscit. Vi-  
 des accusari Ephraim, vt iuenculâ cestro percitam, quia temerè huc atque illuc vagatur,  
 Legis iugum aspernans. Subijce indomitum collum tuum, esto iumentum Christi: ne alio-  
 qui, si iugum excusseris, c liberè & solutè vixeris, belluis prædæ sis. Gustate & videte  
 quoniam suavis est Dominus. Mellis dulcedinem quonam modo ignaris predicabo? Gustate G  
 & videte. Sensus quouis sermone valentior & efficacior est ad experientiam.

Nunc animam tuam tanquam in trutina stare existima, atque hinc à angelis, hinc à  
 demonibus trahi. Vtris igitur cordis tui momentum dabis? Vtrum apud te victoriam obti-  
 nebit, carnis voluptas, an animæ sanctificatio? præsentium copia, an futurorum cupiditas?  
 Angeli te excipient, an demones retinebunt? In acie duces tessera militibus suis tribuunt,  
 vt & amici sese inuicem reuocent, & si in pugna cum hostibus commixti fuerint, perspi-  
 cùè disungi queant. Nô te, noster sis an hostis, agnoscat, nisi per mystica symbola fidem  
 Psal. 4. facias te nostrum esse. Nisi signatum fuerit super te lumen vultus Domini, quonam modo  
 angelus te vendicabit? quonam modo te hostibus extorquebit, nisi sigillum agnouerit? Iam,  
 quonam pacto dicturus es, Dei sum, si indicia tecum non feras? An illud nescis, quòd exter-  
 minator signatas domos præteribat, atque in ijs, quæ signatæ non erant, primogenitos morte H  
 afficiebat? Thesaurus nō ob signatus furum insidijs patet. Pecus nullo signo notata citra pe-  
 riculum appetitur. Iuuenis es? Baptismi freno iuuentutem obfirma, atque in tuto colloca. Ve-  
 getas etas effluxit? Ne viatico careas: ne præsidium ac velut amuletum amittas. Ne de vn-  
 decima hora, tanquam de prima, cogites.

Si quis medicus hoc tibi artibus quibusdam facturum sese polliceretur, vt à senectute  
 ad iuuenilem ætatem redires, an nō ad hunc diem venire cuperes, in quo te ad ætatis florem  
 redeuntem cerneres? Cum autem baptismus hoc tibi facturum se spondet ac pollicetur, vt a-  
 nima tua, quam vetustate confecisti, ac rugosam & maculis scædam per iniquitates tuas  
 reddidisti, ad pristinum florem redeat, bene de te merètes contemnis? nec ad huiusmodi pol-  
 licitationem accurris? nec inopè hoc miraculum, quod tibi promittitur, videre concupiscis? I  
 nempe quonam modo sine matris opera homo renascitur, quonam modo is, qui vetustatem  
 contrahit, atque iuxta desideria erroris corrumpitur, rursus viget ac pubescit, atque ad æ-  
 tatis florem redit. Baptismus captiuus est redemptio, debitorum remissio, peccati mors, animæ  
 regeneratio, splendidum indumentum, sigillum nullius conatum metuens, vehiculum in cœ-  
 lum, regni conciliator, adoptionis beneficium. Tôt ne, ô miser, ac tãtis bonis voluptatem præ-  
 ferèdam putas? Intellego enim quæ tibi dilationis causa sit, etiamsi eam verbis obtegas. Res  
 Cur à ple- ipse clamant, etiamsi voce sileas. Sine vt carne mea ad rerum turpium & obscenarum o-  
 visquedi- blestationem abutar, vt in voluptatum cœno voluter, vt manus meas cruentem, vt aliena  
 feratur ba eripiam, versutè incedam, peierem, mentiar: ac tum baptismum, cum peccandi finem fecero,  
 primum, suscipiam. Ecquis autem tibi vitæ metam fixit? Quis tibi senectutis terminum præscripsit?  
 vel pieæi Quis apud te tam locuples futurarum rerum sponsor? An non vides infantes morte abripi? K  
 ta insti- tutum. atate florètes abduci? Vita nullum certum terminum præfinitum habet. Quid expectas, vt  
 baptismus febris beneficio tibi contingat? cum iam ne salutaria quidem verba pronun-  
 ciare, ac fortasse ne planè quidem audire poteris, non manus in cælum tollere, non pedi-  
 bus stare, non adorationis causa genu flectere, non vtiliter doceri, non certò confiteri, non te  
 ad Christum adiungere, non hosti nuncium remittere, ac fortè ne scitè quidem subsequi, cum  
 initaberis: ac denique ita affectus eris, vt qui aderunt, ancipiti animo sint, gratiamne sen-  
 seris, an eorum quæ fiant, omni sensu careas. Atque vt hoc demus, te gratiam tum ita susce-  
 pturum, vt eam sentias & agnoscas, talentum quidem habebis, at questum ex eo nullum te-  
 cum ferēs.

Quemadmodum nos primum creauit, ita creatos instaurauit ac refinxit, & quidem fig-  
 mento



A mento diuiniore, primūque sumentum multis partibus superanti (quod ut *Vita cursum Nat. o-*  
 ineuntibus est signaculum, ita ijs, qui adultiori etate sunt, gratia etiam est, collapsaque i-  
 maginis erectio) ne alioqui per desperationem sceleratioris efficeremur, atque in grauiora *Bapt.*  
 quotidie flagitia prorumpentes, penitus tandem à summo bono, atque à virtute, propter ani-  
 mi desponsionem excideremus, atque in profundum malorum, ut Scripturæ verbis utar,  
 gurgitem prolapsi, contemneremus.

Sic te compara, ut Baptismus non modo corpus, sed imaginem quoque diuinam abluat:  
 non peccata solum delet, sed mores etiam emendet: non pristinas tantum vitæ sordes ab-  
 tergat, verum fontem quoque ipsum expurget: non hoc tantum in animo tibi insculpat, ut  
 opes honestis rationibus quæras, sed etiam ut laudabiliter effundas, atque, quod leuissimum  
 B est, malis artibus quesitas abijcias. Quid enim tibi profuerit, ita peccati veniam impetra-  
 se, ut tamen ei, quem laeseris, damnum non sarcatur: cum tu duplici scelere constrictus te-  
 nearis, altero, quia sceleratis artibus facultates tuas auxisti, altero, quia partas opes mordicus  
 retines? Ita, quanuis illa tibi noxa condonata sit, hac tamen hodierno die adhuc implicaris.  
 Hodie enim apud te aliena res est. Ideoque nequaquam sublatum atque extinctum est pec-  
 catū, sed tempore solum intercisum. Pars enim altera ante Baptismum perpetrata est: altera  
 post Baptismum manet. Neque enim presentibus flagitijs, sed ijs, quæ iam admissa sunt, ve-  
 niam affert Baptismus. Porro non veteratorie & simulate accipienda est Baptismi purga-  
 tio, verum serio imprimenda: tibi que hoc agendum, ut pleno perfectoque splendore niteas,  
 non ut leuiter atque in superficiem illinaris, ut non peccata tantum obducatur Baptismus, sed  
 C ab ijs omnino te vindicet.

Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus, qui facit omnia, & transmutat ea. Qui heri *Sal. 71.*  
 captiui erant, hodie liberi sunt, ac ciues Ecclesiæ. Qui nuper in ignominia peccatorum, nūc  
 in libertate ac fiducia insitiæ.

Si Deum nosse, tantum bonum est, ut ad huius magnitudinem nihil accedere queat. pro-  
 fecto Dei filium effici, felicitatem omnem excedit. Nam cui hoc donatum est, ut filius Dei *Quantius*  
 fiat, proculdubio Patris dignitatem obtinebit. Hoc porro consequi, supra omne *bonum sit,*  
 supra omnem spem istud donum est, supra naturam hæc gratia. *filium Dei*  
*effici.*

Baptizatur in Spiritu sancto, qui per omnem cogitationem, & sermonem, & actionem, *Quisiam*  
 sanctificatur, ac spiritualis est. Quemadmodum enim qui in aquam mergitur, totus hume- *in Spiritu*  
 D scit: sic qui in Spiritu sancto baptizatur, totus spiritualis ac sanctus efficitur, animoque & *sancto ba-*  
 actione talis redditur. *ptizetur.*

## DE IDOLIS, ET DIIS FALSO VNCV- patis. CAP. LVI.

**N**ON erunt tibi Dij alij præter me. Nō facies tibi sculptile, neque *Exod. 20.*  
 omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra  
 deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis  
 ea, neque coles. Ego sum Dominus. Quicumque sacrificauerit  
 diis alienis, exterminabitur. Nō inferes idolum in do-  
 mum tuam, ne sis anathema sicut illud.

**E** Simulacra gentium, argētum & aurum, opera manuum ho- *Sal. 113.*  
 minū. Dij, qui cælum & terram non fecerunt, pereant à terra, & sub cælo hoc.

Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ *Sap. 13.*  
 videtur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes,  
 agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut  
 gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum  
 Deos putauerunt. Quorum si specie delectati, Deos putauerunt, sciant quantò his  
 dominator eorum speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit.  
 Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc  
 fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter po-  
 terit creator eorum videri, sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim



fortasse errant, Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent, quoniam bona sunt quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus artificum.

14. Per manus autem quod fit idolum, maledictum est, & ipsum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus est: illud autem cum esset fragile, Deus cognominatus est. Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cum eo qui fecit, exterminabitur.

15. Sed & figulus mollem terram premens, laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas: & de eodem luto fingit, quæ munda sunt, in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit usus, iudex est figulus. Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se vnde acceptus est, repetitus animæ debitum quæ habebat. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur aurifabris & argentariis: sed & artem imitatur, & gloriam præfert, quoniam res superuacuas fingit. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita est, quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam, quæ operatur, & qui insufflauit illi spiritum vitalem. Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere vnde cunque etiam ex malo acquirere.

Eccli. 30. Quid prodest libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur.

Nat. Orat. 2. de Theol.

Alij Solem, alij Lunam, alij siderum multitudinem, alij cælum ipsum vna cum illis coluerunt: alij elementa, sine quibus humana vita constare non potest. Quin nonnulli quoque, ut opinor, potentiam colentes, & robur laudibus efferentes, & pulchritudinem suspicientes, progressu temporis Deum effecerunt id, quod in honore ac pretio habebant. Qui autem inter eos vitiosis affectibus magis addicti erant, affectus ipsos Deos nuncuparunt.

Eusebius.

Sunt nonnulli, qui sidera execrentur, cum aduersus hominem irascuntur, dicentes, Væ astro tuo. Alij dicunt, Bono astro natus est. Vnde etiam omnia ipsius astro fauēt. Væ autem illis qui hæc dicunt, Multos video ad Solem & Lunam precantes, ac Soli in hæc verba supplicantes, Miserere mei. Væ autem illis. Quid tu relicto Solis effectore, Solem adoras? Non oportet seruire creaturæ potius quam creatori. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui adorat Solem & Lunam, ac stellas, & quicquid aliud factitium est, ultra factorem. Multi, hoc sibi animo fingentes, aiunt Lunam de cælo descendere. Cum sese cruentat præstigiator, Eam de cælo deuehit, inquiunt. Væ his qui hæc dicunt. Quis vllis præstigijs in cælum ascendere potuit? Voluit id quidem Simon Magus: sed cadens corpus omnino perfregit. Nemo enim nec paruum nec magnum cæli sidus conuelleret, ac sede sua dimouere potest: quippe cum Deus ea vi sua fundauerit. Aiunt rursus nubes & pluias a præstigiatoribus deduci. Quod etiam ipsum vanè ab ipsis dicitur. Ecquis enim est mortalium, qui Dei præceptum præstigijs vllis auertere queat? Nubes enim iussu Dei pluiam in terram fundunt.

Rom. 1.

Gen. 3.

8.

Iob. 7.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

DE VITA, ET MVNDO HOC: ET QVOD  
tum nos, tum vita nostra, in distractione ac labore sit.

CAP. LVII.

Gen. 3.

8.

Iob. 7.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.

Eccl. 3.

8.



ET dixit mulieri: Multiplicabo ærumnas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Tentatio vita hominis est super terram.

Hanc cogitationem pessimā dedit Deus filiis hominū, ut occuparentur in ea.

Vni-



A Vniuersa equè eueniunt iusto & impio, bono & malo, mūdo & imūdo, im-  
molāti victimas, & sacrificia cōtemnenti. Sic bonus, sic & peccator: vt periurus,  
ita & ille qui verum deierat. Hoc est pēsimum superbia quæ sub Sole fuerat,  
quia eadem cunctis eueniunt.

Non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei in terra. Maledictum,  
& mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & san-  
guis sanguinem tetigit.

Ab eo qui vitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur li-  
no crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perferas,  
& contentio.

B An nescitis, quia amicitia mundi, inimicitia est Dei? Qui voluerit amicus  
esse mundi, inimicus Dei constituitur.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mun-  
dum, non est charitas Dei in eo: quia omne quod est in mundo, aut est concupi-  
scentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vite, quæ non est ex Pa-  
tre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & omnis concupiscentia eius. Qui autē  
facit voluntatem Dei, manet in æternum.

*Mundus hic, primariè quidem humanarum animarum gymnasium & schola est: secū-  
dariè autem, atque in genere, aptum eorum domicilium, quæ in generatione & corruptione  
sunt. Quocirca temporis curriculum mundo, atque animantibus & stirpibus, quæ in mundo  
sunt, aptè & congruenter impositum est, properans semper & effluens, nec vquam curre-  
di finem faciens.*

*Quæ a tempore initium sumpserunt, ea tandem quoque finem habeant necesse est. Si mū-  
dus temporale principium habuit, de fine nihil est quod dubites.*

*Mundus hic & mortalis ipse est, & morientium regio. Quoniam enim composita at-  
que concreta eorum, quæ sub aspectum cadunt, est substantia, quicquid autem compositum  
est, hanc naturam habet, vt tandem dissoluatur, nos quoque, qui in mundo viuimus, ac mun-  
di pars sumus, naturæ quoque mundi participes simus necesse est.*

*Atque cum quidem, qui matrimonij vinculis nondum astrictus est, rabida cupiditates,  
& effrenati impetus, ac miseri quidam amores perturbant. Eum autem, qui vxori iam ad-  
nexus est, alter curarum tumultus excipit, in sterilitate liberorum desiderium, in secundi-  
tate alendæ prolis sollicitudo, vxoris custodia, domus procuratio, famulorum cura, damna  
in contractibus, vixæ cum vicinis forenses conflictus, negotiationis pericula, agriculturæ  
labores. Quibus dies suam animæ caliginem offundit: ac noctes diurnis curis succedentes, per  
easdem species mentem ludificantur.*

*Omnis generis perturbationibus & arumnis misera hæc vita obruta est.*

*Vide, charissime, an non res humanæ mare imitentur, an non eadem perturbatione vita  
scateat, an non in terra magis, quàm mare, iactemur, an non quouis vento vehementius in  
nos mutuo incurramus, an non pecuniæ procellarum instar nos mutuo in nos collidant, an nõ  
tanquam in maris caligine huc atque illuc circumferamur. Hic illius agrum rapuit, ille al-  
terius terram abstulit: alius proximi sui vxorem concupiuit: alius cuiusdam famulos abri-  
puit. Hic de aqua cum vicino litigat: ille de aère, cum eo qui simul habitat, digladiatur. Hi  
de terræ mensura conflictantur: illi ob adium extructionem sese inuicem opprimunt. Hic,  
quæ non dedit, accipere aggreditur: ille contra, vt quæ accepit, non reddat, iudicio contē-  
dit. Hic cumularum vsurarum inexplebili cupiditate flagrat: ille contra etiã ipsa sum-  
ma creditorem fraudare nititur. Hic ob rerum omnium penuriam discruciat: ille in am-  
plissimis opib⁹ tumultuat. Qui eget, probro afficitur: qui opibus affluit, insidijs appetitur.  
Qui imperio potitur, conspirationibus obnoxius est: qui magistratus gerit, suspitione atque  
inuidia flagrat: qui potentia pollet, odio est. Bella continua sunt, cades assidua. Inexplebilis  
cupiditas tyrannidem exercet: auaritia principatum tenet: mēdaciū supra modum attol-  
litur. Mutua fides fugam cepit: veritas terram deseruit: amicitia mensis circumscribitur,  
atque etiã quadam vim suam amiserunt. Saluationes suspitione plenæ sunt. Ad hunc*

*Nilus.*

*Chrysi.*

*Qualis sit*

*rerum hu-*

*manarum*

*status.*



D. IOANNIS DAMASCENI

igitur modum cum nos omnes in vitijs volutemur, Propheta vitam humanam aspernans, F  
 In hæc verba clamat, Veruntamen vniuersa Vanitas omnis homo viuens.

DE VIOLENTO. CAP. LVIII.

Eccli. 4.  
1. Pet. 5. **N**OLI resistere contra faciem potentis: & ne coneris contra ictum fluiuij.  
 Prouidentes, non coacte, sed spontaneè.

Basil. Quod coactum est, ac præter naturam, postquam ad breue quoddam tempus ortum est, id-  
 que agre ac per vim statim in ea, ex quibus conflatum est, dilabitur.

Nax. Quod inuite fit, præterquam quod tyrannicum est, ac laudis expers, ne quidem firmum G  
 Quicquid ac stabile est. Solet enim quod coactum est, non secus ac planta manibus per vim inflexa si-  
 inuite fit, mul atque dimissa est, ad seipsum redire. Contra, quod voluntate animique inductione fit,  
 durabile simul & iustissimum & tutissimum est, utpote benevolentia vinculo retentum & con-  
 non est. seruatum.

Volentium ac non inuitorum est pietatis sacramentum.

Quod inuite fit, statim molestiam affert: quod autem sponte, satietatem non admittit,  
 sed semper & gratia & desiderio virefcit.

Minime omnium Christianis concessum est peccantium lapsus per vim corrigere. Nec  
 enim Deus eos, qui necessitate, sed qui voluntate à vitio abstinent, corona donat.

Eusebius. Violentia Deo non adest.

H

DE BLASPHEMO ET MAGNILOQVO.

CAP. LIX.

Leuit. 24. **D**IXIT Dominus ad Moysem, Loquere filiis Israël, dicens, Homo  
 qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blas-  
 phemauerit nomen Dei, morte morietur: lapidibus opprimet eum  
 omnis multitudo populi.

1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes.

Iob. Quid ausum est cor tuum, quia in iracundiam erupisti aduer-  
 sus Dominum? Quousque loquetur cor loquax oris tui? I

8.  
Psal. 11. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui di-  
 xerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster  
 Dominus est?

Osee. 14. Delebitur Samaria, quia contradixit Deo suo. in gladio ipsi peribunt, & par-  
 uuli eorum solo allidentur.

Hier. 24. Inebriate eum: quoniam contra Dominum erectus est.

Esa. 28. Hæc dicit Dominus: Eò quòd eleuatum est cor tuum vt cor Dei, idcirco ecce  
 ego adducam super te alienos robustissimos Gentium: & nudabunt gladios suos  
 super pulchritudinem sapientia tua, & polluent decorem tuum.

Sap. 1. Benignus est spiritus sapientia, & non absoluet blasphemum à labiis suis.

Eccli. 27. Qui mittit lapidem in altum, in caput suum mittit.

Mat. 12. Omne peccatum remittetur hominibus: ei autem qui in Spiritum sanctum  
 blasphemauerit, non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. K

Basil. Qui peccat, legem quidem violat: at qui blasphemat, aduersus ipsum diuinum numen  
 impietatem admittit.

Chryf. Eos, qui in vrbe blasphemant, castiga. Quòd si quem in biuio, aut in foro, audieris, obiur-  
 ga. Quòd si etiã plagas incutere oporteat, ne id facere dubites. Colaphum in ipsius faciem  
 impinge: os eius contere. Manui tue per huiusmodi plagam sanctitatem concilia. Si propte-  
 rea quidam te accusant, atque in iudicium trahunt, sequere.

simile. Quemadmodum qui saxum in altum iaculatur, corpus quidem cœli scindere, atque ad  
 eam



A eam altitudinem peruenire nequit, plagam autem capite suo excipit, saxo nempe ad eiaculatore[m] reuertente: sic qui contumeliosa & impia verba aduersus beatam Dei essentiam profert, eam quidem nullo inquam detrimento afficiet, & se longe maior ac sublimior existat, at in anime sue perniciem gladium acuit, dum se ei, cuius beneficis ornatus est, ingratum prebet.

DE PROBO REGE, AC MALIS

infesto. CAP. LX.



V GEBITVR regnum eius: comedet inimicos suos, & crassitudinem eorum molet: dentibusque suis gentes tenebit. *Num. 24*

Cornua vnicornis cornua ei<sup>9</sup>: in ipsis getes superabit. *Me Deut. 33.*  
tientur tibi inimici tui: & tu super collum eorum ascendes.

Saluauit Dominus Dauid in omnibus, in quibus ambulauit, faciens iudicium & iustitiam. *2. Reg. 8.*

Dixit Dauid: Sine eum maledicere. Dominus enim precepit ei vt malediceret: si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac, die hodierna. Et Semei dixit ad Dauid: Ne reputes mihi, domine mi, iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es, domine mi rex, de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum. Et ait rex Semei, Non morieris. Iurauitque ei. *16. 19.*

Domine, in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer, &c. Dies super dies regis adicies, &c. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. *Psal. 20. 60. 71.*

Sicut diuisiones aquarum: ita cor regis in manu Domini. Abominabilis est regi qui facit mala. Nam cum iustitia preparatur thronus regni. Grata sunt regi labia iusta: sermones autem rectos amat. Diuinitio in labiis regis: in iudicio autem non errabit os eius. In multo populo est gloria regis: in defectu autem populi, contritio principum. Rex qui sedet in folio iudicij, *Prou. 21. 16. 20.*

disipat omne malum intuitu suo. Misericordia & veritas custodiunt regem: & roboratur clementia thronus eius. Aufer impium de vultu regis: & firmabitur iustitia thronus eius. Gloria regis est honorare preceptum. Rex iustus erigit regionem. Gladius est lingua regis: non autem carnea. Nihil falsi è lingua regis excedat. Rege in veritate iudicante pauperes, thronus eius in testimonium constituetur. Nuncius mortis indignatio regis: vir autem sapiens placabit eum. Regis minæ tanquam rugitus leonis. vt enim ros super foenum, ita hilaritas ipsius. Os regis caue. *16. 20.*

Ecce rex iustus regnabit: & principes cum iudicio venient. Benedicet te populus pauper, & vrbs hominum iniuria affectorum benedicet te. Factus es enim omni vrbi humili adiutor, & iis qui ob egestatem in mœrore erant, protectio. Ab omnibus malis erue eos, protectio sitientium, & spiritus hominum iniuria affectorum benedicet te. *Esa. 25.*

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. *Hier. 23.*

Rex prudens tranquillitas populi. Accipiet armaturam zelus illius. Induct pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium non fictum. Accipiet pro scuto inexpugnabili æquitatem. *Sap. 3.*

Apud regem ne versutè quicquam agas. Iudex sapiens erudiet populum suum: & principatus prudentis compositus erit. *Ecli. 10.*

G



D. IOANNIS DAMASCENI

*Nat. 7.* Imperatores honorem purpura habere . nam legislatoribus quoque leges prescribimus. **F**  
*Orat. de seip.* Agnoscite quantum id sit, quod vestrae fidei commissum est, quantumque circa vos mysterium. Orbis vniversus manū vestrae subiectus est, diademate paruo, atque exiguo pāno re-  
*Prou. 21.* tentus. Superna solius Dei sunt: inferna & Dei sunt, & vestra. Subditis vestris Deos vos  
 præbete: (liceat enim audaciū aliquid dicere.)  
 Cor regis in manu Dei est, vt Scriptura testatur, ac fidem facit. Hic imperium ve-  
 strum sit, non autem in auro & exercitibus. Aulici proceres, ac sublimibus thronis & di-  
 gnitatibus insignes, ne honorum amplitudine ac potentia insolefcatis, nec de mortalibus  
 rebus quasi immortalibus cogitatis. Fidem Imperatoribus seruate: sed prius Deo, propter  
 quem & his, quibus commissi & traditi estis.  
*Chrysof.* Regnum terrenarum rerum asperitates planas & aquabiles reddit. Quiuis rex in-  
 stus sacerdotalem ordinem habet.

DE REGE NON ADMODVM LAV-  
 dato. CAP. LXI.

*Prou. 28.* **R**ex temerarius incidet in mala. Rex qui indiget prouenti-  
 bus, magnus calumniator est. Rege audiente verbum ini-  
 quum, omnes ipsius subditi iniqui sunt.  
*Eccl. 10.* Vt tibi ciuitas, cuius rex puer est: & principes tui manē co-  
 medunt. **H**  
*Sap. 6.* Sceleris perpetratio euertit thronos principum. Audite  
 ergo reges, & intelligite, discite, iudices finium terræ. Præbete  
 aures vos, qui cōtinētis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Quo-  
 niam data est vobis à Domino potestas, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit  
 opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniā cūm essetis ministri regni illius,  
 non rectē iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem  
 Dei ambulastis. Horrendē & citō apparebit vobis: quoniam iudiciū durissimum  
 in his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim cōceditur misericordia: potentes autem po-  
 tenter tormenta patientur.  
*Eccl. 8.* Multos perdidit aurum & argentum: & cor regis declinare fecit. Rex insi-  
 piens perdet populum suum. **I**  
*Phil.* Stultorum nullus rex est, quamuis alioqui totius terræ ac maris imperio potiatur: verum  
 salus vir probus, ac Deo charus.

DE REGE: ET QVOD PRO EO PRE-  
 ces ad Deum adhibendæ sint. CAP. LXII.

*Exod. 22.* **I**is non detrahes: & principi populi tui non maledices.  
*Iob. 34.* Impius est, qui dicit regi, Iniquē agis.  
*Eccl. 10.* Scienter regi ne maledicas: quia aues cœli portabūt vocem tuam.  
*Prou. 24.* Fili, Deum time, & regem: & neutri horum reluctare. **K**  
*Mat. 2.* Videntes Magi stellam, gauisi sunt, & obtulerunt munera, &c.  
*1. Tim. 2.* Obsecro vos primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes,  
 gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in subli-  
 mitate sunt. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo.

DE CONSILIO: ET QVOD OMNIA  
 cum consilio & consideratione faciendā sint.  
 CAP. LXIII.

Sicut



**A** I C V T vrbs patēs, & absque murorum ambitu: ita vī: qui non omnia cum consilio facere potest. Quibus non adest gubernatio, hi cadunt sicut folia. *Salus est in multo consilio.* *Pro. 25.*  
 Cum gubernatione fit bellum: auxilium autem cum corde consultante. Cum consilio omnia fac: cum consilio vinum bibe. Consilium bonum custodiet te: & cogitatio bona conseruabit te. *2.*

Congregamini, & consilium inite simul vos qui saluamini. *Esa. 8.*  
 Sine consilio nihil facias: & post factum non te poenitebit. *Eccli. 32.*  
 Loramentum ligneum colligatum fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij, in tempore non formidabit.  
 Præpara sermonem: & ita audieris. Colliga disciplinam: & ita respondebis.  
 Aurum & argentum est constitutio pedum: & super vtrumque consilium bene neplacitum. *Eccli. 40.*  
 Cum sapiente delibera. *9.*

*Præstat consulta tarditas inconsiderata celeritati.*  
*In beatitudinis parte ducendum est, malo consilio excidere.*  
*Omnia ea turpia sunt, quæ rationem comitem non habent: quemadmodum cõtrà ea, quæ cum ratione coniuncta sunt, honesta ac laudanda.*  
*Absque scita contemperatione, nihil eorum, quæ fiunt, bonum est. Ne te illud fugiat, Nilus.*  
**C** nos, ob datam sententiam ab officio alienam, ac consilium parum piū, à diuino regno *In consilio excludi. Quocirca nobis faciendum est, vt iis, à quibus consulimur, cum summa consideratione consilium præbeamus.* *Sancto summa consideratione adhibenda.*

DE CIBIS, AC REBVS AD VITAM necessariis. CAP. LXIIII.

**D** V A S I olera virentia tradidi vobis omnia: excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. *Gene. 9.*  
 De fructu operum tuorum satiabitur terra. *Psal. 103.*  
 Initium vitæ hominis, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuz, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona. *Eccli. 39.*

Visum est Spiritui sancto, & nobis, non plus vobis imponere oneris, quàm hæc necessaria: vt abstineatis ab iis quæ idolis immolata sunt, & sanguine, & suffocatione, & fornicatione. A quibus conseruantes vos ipsos, bene facietis. *Act. 15.*

Scio, & confido in Christo, quia nihil immundum est ex se, nisi ei qui reputat aliquid immundum esse. Si autem propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Si quis discernit, si manducat, condemnatus est. *Rom. 14.*

**E** Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia. *1. Cor. 7.*

DE DOCTIS ET SPIRITVALIBVS viris: quot bona eos sequentur. CAP. LXV.

**F** A B I A iustorum sciunt excelsa. *Pro. 2.*  
 Spiritualis omnia diiudicat: ipse autem à nemine iudicatur. *1. Cor. 11.*  
 Spiritu ambulate: & desideria carnis ne perficiatis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi ipsis aduersantur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longa- *Gal. 5.*  
 G ij



nimitas, benignitas, fides, lenitas, continentia. Aduersus hæc non est lex. F

*2. Pet. 1.* Cui non præstò est scientia, cæcus est, & manu tentans, accipiens obliuionem purgationis veterum peccatorum.

*1. Cor. 3.* Scientia inflat.

*1. Jo. 3.*

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Spiritus ubi vult, spirat, & vocem eius audis, & nescis unde venit, & quò vadat. Sic est omnis qui natus est de spiritu.

*Natiua.* Cognatio est imaginis diuinæ conseruatio, atque expressa archetypi similitudo, quam ratio & virtus efficit, ac purum desiderium, magis ac magis in dies diuinitus eos formās, qui sinceri sunt rerum supernarum amatores: ac præterea exploratum habere, unde, & quænam, & qua de causa facti sumus. G

*Iustin.* Præstantior est spiritualis cognatio, quàm corporea.

Vt corporis bonum est sanitas, sic animæ bonum est Dei cognitio: quæ est velut quædam animæ sanitas, per quam diuina similitudo comparatur.

*Chrysost.* Spiritualem hominem à prauitate alienum esse oportet, ac simplicem & doli expertem.

*Clemens.* Qui gnosticus est, hoc est vera scientia præditus, profectò consentanea quoque virtuti opera perficit. Qui autem opera efficit, non statim promde gnosticus est.

*Quod sit Christiani philosophi studium.* Trium rerum studium amplectitur noster philosophus. Nam & contemplationi deditus est, & mandata diuina exequitur, & denique alios ad probitatem ac virtutem erudit. Quæ quidem cum in vnum confluerint, gnosticum omnibus numeris absolunt. Quodlibet autem horum defuerit, claudicat scientia. H

Qui gnosticus est, tam ab iis peccatis absinebit, quæ sermone, quàm quæ cogitatione, aut sensu, aut opere perpetrantur.

Dei cognitionem ij capere nequeunt, qui à turbidis animi motibus abducuntur.

Spiritualem & gnosticum eundem agnoscit Paulus, nempe cum qui Spiritus sancti discipulus est.

Gnosticus, cum id diuinitus consecutus est, vt prodesse possit, ad hunc modum iuuat, vt alios per affectionem informet, alios per imitationem cohortetur, alios denique præcipiendo erudiat, & doceat. Ac mihi quidem tres gnosticæ facultatis effectus esse videntur, prior scopus. videlicet, res notas & exploratas habere: secundus, easdem efficere: tertius denique, in eo versari, vt quispiam ea, quæ apud veritatem abstrusa & occulta sunt, pro eo atque Deo dignum est, aliis tradere queat. I

Quemadmodum Deus, quicquid vult, potest: sic quicquid petierit gnosticus, accipit.

Vt umbra corpus, sic veram scientiam opera sequuntur.

*Simile.* Gnosticus Nunquam iniuriarum acceptarum memor erit gnosticus: nemini succensabit, etiamsi nemini alioqui odio digna fuerint, quæ ille perpetravit. Etenim vt Creatorem colit, sic vitæ socium amat, cumque ignorantia nomine commiseratur, ac pro eo preces adhibet. K

Gnosticum nec opes inquam delectatione afficiunt, nec opum penuria demissum & abiectum reddit: quippe quem virtus & sapientia in altum attollant, ac sublimiorem iis reddant: adeò vt ob animi præstantiam eodem loco & iucunda & iniucunda habeat.

QVOD QVISQVE ID STVDERE DEBEAT,

vt seipsum noscat, hoc est sibiipsi attendat: & quòd quemque sua circumspicere, ac non aliena curiosè inquirere oporteat.

C A P. LXVI.

*Deut. 4.*



VSTODI temetipsum & animam tuam sollicitè. Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ.

Qui seipsum agnoscunt, sapientes sunt.

Cauc tibi,



A Caue tibi, & attēde diligēter: quoniam cum subuersione tua ambulas. *Ami- Eccl. 13.*  
 co & inimico noli narrare sensum tuum. Et si tibi est delictum, noli denudare. *19.*  
 Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, *Math. 7.*  
 non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam de oculo  
 tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eiice prius festucam de oculo tuo,  
 & tunc videbis, vt eiicias festucam de oculo fratris tui.

Nolite iudicare: & non iudicabimini. Vide ne quod in te lumen est, te- *Luc. 6. 11.*  
 nebræ sint.

Tu quis es, qui iudicas alienum feruum? Domino suo stat, aut cadit. Stabit au- *Rom. 14.*  
 tem. Dominus enim potens est statuere illum. Tu autē quid iudicas fratrem tuū?

B Omnes stabimus ante tribunal Christi. *Ibid.*  
 Te ipsum castum custodi. *1. Tim. 5.*

Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem *Iac. 4.*  
 iudicas legem, iam non es factor legis, sed iudex.

*Ante omnia te ipsum nosce. Nihil enim difficilius, nihil laboriosius atque operosius est. Nili.*  
 Cum autem te ipsum noris, tum de eum & Deum agnoscere, & animo & cogitatione res, *Nihil*  
 vti decet, percurrere poteris. *difficilius*  
*quam seip-*

Facis, o homo, id quod reprehendis: atque alienum quidem malum sedulo animaduertis, *sum nosse.*  
 fœditatem autem tuam nullo loco ponis. *Basil.*

C Facilius est unicuique nostrum aliena curiose perscrutari, quam sua considerare. Hoc *In dict.*  
 itaque ne nobis accidat, Desine, inquit, aliorum mala inquirere. Ne committas, vt cogita- *Scriptu.*  
 tionibus tuis alienum morbum examinare vacet. Verum tibi ipsi attende, hoc est, ad tua *Attende*  
 ipsius vitæ perscrutationem animi tui oculum conuerte, nec inquam te ipsum excutere *tibi ipsi.*  
 desine.

Si natura memineris, nunquā insolenter te efferes. Tui ipsius porro memineris, si ad te- *Natura*  
 ipsum oculos adicias. Quocirca tibi ipsi attende, hoc est vndecunque te ipsum circumspeice: *cōsidera-*  
 peruigili animæ oculo in salutem tuam excuba. In medio laqueorum ambulas: occulta ten- *tio insole-*  
 dicula ab hoste vndique fixæ sunt. Proinde fac omnia circumspectas, vt eruaris quasi da- *tiā arcer.*  
 mula è tendiculis, & quasi auis è laqueo. Vide ne in tui custodia brutis animantibus dete-  
 riorē te præbeas: ne alioqui laqueis interceptus, diabolo in prædam cedas, ab eo videlicet

D captiuus abductus ad ipsius voluntatem. Quamobrem attende tibi ipsi, hoc est, nec tuis, nec *2. Tim. 2.*  
 iis, quæ circa te sunt, verum tibi meti ipsi attende. Aliud enim nos ipsi sumus, aliud nostra, *Aliud*  
 & aliud quæ circa nos sunt. Nos enim anima & mens sumus, quatenus nimirum ad Crea- *nos sum,*  
 toris imaginem conditi sumus. Nostrum autem corpus est, ac sensus qui ab eo manant. Cir- *aliud no-*  
 ca nos verò, opes, artes, ac reliqua vitæ subsidia. Quid ergo ait Scriptura? Carni ne atten- *stra, aliud*  
 de, nec ipsius bonum omni ratione cōsectare, hoc est bonam valetudinem, pulchritudinem, *quæ circa*  
 voluptatum oblectamenta, vitæ diuturnitatem. Nec rursus opes & gloriam ac potentiam *nos.*  
 admirare, nec quicquid aliud temporariæ vitæ ministeriū explet. Verum tibi ipsi attende,  
 hoc est animæ tuæ. Hanc exorna, huius curam gere: adeò vt eius spurcitiem omnem ex im-  
 probitate contractam adhibita attentione discutias, omnemque à vitio illatam fœditatem

E eluas, atque omni ex virtute collecta pulchritudine eam coornes, ac nitidam reddas. Expen- *Quo pacto*  
 de quisnam ipse sis. Naturam tuam nosce: nempe quòd mortale tibi corpus sit, animus im- *confide-*  
 mortalis: quodq; duplex quodammodo nostra vita sit, altera corpori propria, celeriter fluens, *rada na-*  
 altera animæ cognata, nullam circumscriptionē admittens. Igitur tibi ipsi attende, neque in *tura.*  
 mortalibus rebus tanquam sempiternis here: nec rursus sempiterna tanquam mortalia con-  
 temne. Carnem aspernare: fluit etenim. Animam cura, quæ immortalis est. Summo studio *Quid cor-*  
 tibi ipsi aduerte: vt vtrique parti, quod congruit, tribuere scias, hoc est corpori victum & *pore, quid*  
 indumenta, animæ autem pia dogmata, probam & honestam institutionem, virtutis stu- *animo tra-*  
 dium, perturbationum correctionem. Ne corpus ultra modum obesum reddas, nec cum- *buedum.*  
 landis carnibus studeas. Quoniam enim caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus ad- *Gal. 5.*  
 uersus carnem (hæc quippe sibi inuicem aduersantur) videndum tibi est, ne carni fauens *Gal. 5.*  
 ingentem deteriori parti potentiam concilies. Quemadmodum enim in trutinæ momentis si *Simile.*



- lancem unam depresso, non est dubium, quin aduersam lancem leuiorem reddas: eodem modo in corpore & animo vitium redundantiā hoc necessariō efficit, ut alterum decreseat. Quae cum ita sint, attende tibi ipsi. Vnusquisque etenim nostrum, qui a sacra Scriptura erudimur, certae cuiusdam actionis, ex iis quae ab Euangelio nobis indictae sunt, minister est.
- 2.Tim. 2. Si quidem in magna domo, hoc est in hac Ecclesia, non solum omnis generis vasa sunt, aurea, argentea, lignea, testacea, sed etiam cuiusvis generis artes. Habet enim domus Dei, hoc est Ecclesia Dei viuentis, venatores, viatores, architectos, adificatores, agricolos, pastores, athletas, milites. Omnibus porro his quadrat hoc breue verbum, singulis nimirum & curam ac diligentiam in opere, & studium in voluntate atque animi inductione afferens. Venator es, missus a Domino, dicente, Ecce ego mitto venatores, & venabuntur eos super omnem motem? Sedulo attende, ne tibi praeda elabatur: ut eos, quos vitium belluinos reddidit, veritatis verbo correptos ad Saluatorem adducas. Viator es, huic similis, qui ita precabatur, Psal. 118. Gressus meos dirige? Attende tibi ipsi, ne a via deslectas, ac vel ad dextram vel ad sinistram declines, sed regio calle pergas. Qui architectus est, certum fidei fundamentum iaciat, qui quidem est Iesus Christus. Qui adificatoris munere fungitur, videat quo pacto superstruat, non ligna, nec foenum, aut stipulam, sed aurum, argentum, lapides pretiosos. Pastor es? Da operam, ne quid eorum te pratereat, quae ad pastoris munus obeundum attinet. Quenam autem ista sunt? Quod oberrat, in viam reduc: quod confractum est, alliga: quod egrum, cura. Qui agricola es, fac sterilem ficum circūfodias, eaque, quae ad foecunditatem adumentum sunt, iniicias. Qui miles es, collabora Euangelio: bonum certamen aduersus malignos spiritus certa: aduersus carnis affectus armaturam spiritus assume. Ne huius vitae negotiis impliceris: ut imperatori, qui exercitum conscripsit, placeas. Athleta es? Attende tibi ipsi, ne quid ex palaestra legibus prateras. Nemo enim coronatur, nisi legitime certauerit. Paulum imitare, tum currentem, tum luctantem, tum pugnantem. Tu quoque boni pugilis instat id caue, ne animi tui oculus huc atque illuc vagetur. Obiectis manibus praecipuas partes tege. Oculum in hoste prorsus defixum habe. In stadio semper ad ea, quae a frute sunt, te ipsum extendens, sic curre, ut comprehendas. In lucta aduersus inuisibiles hostes dimica. Talem te per omne vitae tempus esse diuinus sermo vult, non abiectum & somno deditum, sed sobrio ac vigilantī animo tui ipsius patrocinium suscipientem.
- Attende tibi ipsi, hoc est, ad te ipsum perscrutandum oculus animae conuerte. Multi enim, ut Domini verbis utar, festucam in oculo fratris vident: trabem autem, quae in oculo suo est, non vident. Quocirca sine ulla intermissione te ipsum excute, nec alios circūspice, an scilicet labem in ipsis aliquam inuenire queas, insolentis illius & arrogantis Pharisaei ritu, qui stans iustitiam suam praedicabat, ac Publicanum aspernabatur. Verum perpetuo te ipsum examina, num quid scilicet cogitatione peccaueris, num quid lingua mentem praecurrens lapsa sit, num denique quicquam, quod nolis, in actionibus admissum sit. Attende igitur tibi ipsi, neque inquam sine, ut mens tua captiua abducta passionibus in seruitutem addicatur.
- Simile. Re vera nihil omnino difficilius esse videtur, quam se ipsum cognoscere. Neque enim oculus duntaxat, cum externa videat, cernendi facultate in seipso uti non potest: sed ipsa quoque mens nostra, quae ad alienum peccatum perspicacissima est, ad vitiorum suorum cognitionem hebes ac tarda est.
- De iudicibus iudicium tibi ne arroges, qui medicamento opus habes: nec eorum, qui te baptizant, dignitates excutias. Alius quidem alio praestantior est, aut inferior: te vero sublimiores cuncti sunt.
- Vbi sunt, qui suorum quidem faciles clementesque sunt iudices, alienorum autem exacti rigidi que censores, ut hic quoque fucum veritati faciat? Vbi sunt, qui vibices nobis obiectant, ipsi vulneribus affecti? qui offendicula nostra exagitant, cum turpiter ipsi prolabantur? qui maculis nostris gaudent, cum ipsi in caeno volutentur? qui festucas nobis proferunt, quae nec insidentes magnum dolorem afferunt, & facile depelli atque efflari ab oculis possunt, cum interim trabium mole oppressi caligent?
- Ne aliis mederi tentemus, cum ipsi vlcerebus scateamus.
- Te potius ipsum, quam propinquos excute:



**A** Lucrum tibi illud, proximis istud feret.  
Numerare præstat acta, quam vastas opes.  
Nam semper acta permanent: opes fluunt.

Famam nec omnem, nec nimis queras velim.  
Probum esse præstat, quam videri. Sin modum  
Horres, inanem tu, ac nouam saltem fuge.  
Leonem haberi simiam quid iuuerit?

Alij aliorum peccata obseruamus, non vt eorum causa lugeamus, sed vt ea insectemur: Orat. ad  
nec vt medicinam asseramus, sed vt morbum exulceremus, atque ex aliorum vulneribus Arri.  
nostris malis excusationem queramus. Malos porro ac bonos, non mores, sed disidium vel Humano.  
**B** amicitia, tanquam certis quibusdam notis exprimit. Atque ea, quæ hodie collaudamus, cra-  
stino die vituperamus.

Iracundiam, vt belluam quandam, sustineamus: linguam, vt præacutum gladium, retin-  
damus: voluptatem, tanquam ignem, extinguiamus. Ianuas auribus imponamus, quæ præ-  
clare tum aperiantur, tum claudantur: atque oculum & gustum Vellitantem coercemus:  
ne mors per fenestras nostras ascendat. Immoderatum risum risui habeamus.

Qui seipsum agnoscit, Dominus locus ac sedes est.  
Vis Deum nosse? Prius id age, vt teipsum noscas.

Alienam vitam perscrutari, supra modum seruilis est animi. Neque enim aliunde fit,  
vt nostra negligamus, quam quod in alienis inquirendis & excutiendis curiosi sumus. Ne-  
**C** que enim fieri potest, vt homo, qui vitam alienam perscrutatur, vitam suam unquam curet.  
Nam cum omne ipsius studium in perscrutandis alijs consumatur, vitam ipsius neglecta-  
tiacere necesse est.

Natura ita comparatum est, vt homo proximi rectè facta, quamuis etiam multa ac ma-  
gna sint, contemptim cernat. At si vitium vsquam appareat, quantumlibet leue sit, ac ma-  
pridem obortum, celeriter id cernit, & promptè carpit, ac perpetuò meminit. Atque hoc  
paruum & vile multorum ac magnorum virorum gloriam sæpe imminuit.

DE MVRMURATIONIBVS. CAP. LXVII.

**D** Erat populus murmurans: & iratus est Dominus. Et exarsit ignis, & Num. 11.  
comedit partem castrorum.

Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione sap. 1.  
parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit.

Vir sapiens non murmurabit correctus. Ecl. 10.

Ne murmuretis, quemadmodum quidam murmurarunt, & perierunt ab exter- 1. Cor. 10.  
minatore.

Omnia facite sine murmuratione: vt sitis irreprehensibiles. Phil. 2.

Repudiandus est labor ille, qui à murmuratoribus profici scitur, nõ secus ac victima, cui Basilus.  
macula subest.

**E** Oportet ergo segnis ac repugnantis opus à sodalitia arcere. Ep. Can.

DE SENIBVS, ET ANTIQVIS VIRIS:

& quod eos honore afficere oporteat.

CAP. LXVIII.

**O** RAM cano capite confurge: & honora personam senis. Leuit. 19.

Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & di- Deut. 32.  
cent tibi.

In multo tempore sapientia: & in longo tempore scientia. Iu- Iob. 12. 32  
nior sum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sum vo-  
bis indicare sententiam meam.



S. D. IOANNIS DAMASCENI

Pro. 16. 20 Corona dignitatis senectus : quæ in viis iustitiæ reperietur. Gloria senum F  
 canities.  
 Sap. 4 Senectus venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.  
 Eccli. 6. 8 In multitudine seniorum sta: & si quis est sapiens, ei adhære. Non te prætere  
 25. reat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Ne spernas hominem in senectute sua. Corona senum, multa peritiæ: & gloria eorum, timor Domini. Loquere maior natu: decet enim te. Quàm speciosum canitiei iudicium: & presbyteris posse consilium!

Basil. O. Quicquid antiquitate excellit, venerandum est. G  
 rar. 1. de Ad efficiendū senē plus profectō in senili prudētia, quā in capillorū capitiē, momenti est.  
 Ieiun. In omni re periculosum ut plurimum est à iuventute consilium petere. Neque facile  
 Nilus. quisquam aliquid pretio dignum ex animi sententiā confectum fuisse reperiat, cui non canities quoque ad consilij societatem ascita fuerit.  
 Naxiā. Præstat canities cum prudentiā coniuncta imperitiæ iuventuti.  
 Euag. Canities senum, morum est lenitas. Vita autem ipsorum, vera scientia.  
 Philo. Tum denique animus scientiā floret, cum corporis vigor temporis longinquitate marcescit.  
 Quis verē senex sit. Qui verē senex est, non in temporis diuturnitate, sed in honesta, ac numeris omnibus absoluta vita, perspicitur. Ac proinde illi, qui citra morum probitatem in corporea vita multa secula contriverunt, vetusti pueri dicendi sunt: ut qui dignas canitiæ disciplinas nunquam perceperint. H  
 Canities, tranquillitas portus est. Senilis corporis languor, turbidorum animi motuum compressio est.

DE AGRICULTURA, ET AGRICOLIS: ET  
 quòd bonum sit operari. CAP. LXIX.

Gen. 3. IECIT Dominus Adam de paradiso voluptatis, ut operaretur  
 9. terram, de qua sumptus fuerat. Cœpit Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam: bibensque vinum, inebriatus est. Issachar afinus fortis, accubans inter terminos. Vidit I  
 49. requiem, quòd esset bona, & terram, quòd optima, & supposit humerum suum ad portandum: & factus est vir agricola.  
 Pro. 27. Curam habe viroris camporum, & tondebis herbam. Collige fœnum montium, ut habeas oves ad vestimentum. Cole autem caput: ut sint tibi agni.  
 Esa. 23. Operare terram tuam: quia non iam venit navis ex Carthagine.  
 Hier. 4. Nouate vobis noualia: & nolite feminare super spinas.  
 Ecc. 7. 20. Non oderis laboriosa opera: & rusticationem creatam ab Altissimo. Qui  
 40. operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum. Gratiam & pulchritudinem desiderat oculus: & super utrumque virorem feminis. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuertatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum. Cor suum dabit ad versandum sulcos, & vigilia K eius in fagina vaccarum.  
 2. Tim. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere.  
 Chrys. Agricola excusso somno ad colendam terram properè contendit, ac domunculæ suæ & casæ solitudinem præfert: cogiturque nihilominus non sine magna corporis molestia cum aestu ac frigore colluctari. Etenim ita res mortalium comparatæ sunt, ut cum labore ac difficultatum cum cultate ea, quæ utilitatem afferunt, consequantur.  
 Res mor- Magna quidem voluptate agricola affici solent, cum ex planis ac profundi soli locis inunctæ sūt. gentem fructum percipiunt. At si quando ex petrosa ac tenui & arenosa terra post diuturnam curam latum aliquem fructum colligere ipsis contigerit: maiorem hinc voluptatem capiunt.



A capiunt. Nam cum quis aduersus terræ naturam dimicauit, ac labores suos terræ sterilitati opposuit, victoria testimonium quoddam apud eos refert, qui ipsius in colendo aruo studiū admirantur.

DE EXERCITATIONE AC MEDITATIONE. CAP. LXX.

**F**elicitudine & cura pax tibi orietur.  
 Fili, in vita tua tenta animam tuam.  
 Exerce teipsum ad pietatem. Corporalis enim exercitatio ad modicum confert: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futura.

Iob. 11.  
 Eccli. 37.  
 1. Tim. 4.

Labores longa consuetudine familiares redditi, minore cum molestia ijs ingruunt, qui ijs assueuerint.

Basilius.  
 Labores leues consuetudo reddit.

Imitemur eos, qui ad rem militarem se exercent: qui cum in gesticulationibus & saltationibus peritiam collegerint, in se ijs certaminibus vtilitate ea, quam ludus ipsis attulit, perfruuntur.

Virtus in rebus minimè exercitata, rebus aduersis facile deletur.

Theotim.  
 Euagr.

Ex diuturna meditatione & exercitacione vis & feritas perturbationum animi frangitur ac debilitatur.

**A**sidua exercitatio certam ac firmam scientiam efficit: quemadmodum contra in exercitatio in scitiam parit. Experientiam auget studium illud, quod in ea conteritur. Meditatio scientiæ nutritrix est.

Philo.

DE PECCATORVM AGNITIONE. CAP. LXXI.

**Q**UONIAM iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.  
 Iustus prior est accusator sui.  
 Ante iudicium examina teipsum: & in tempore visitationis inuenies propitiationem. Ne erubescas confiteri peccatum tuum.

psal. 50.  
 37.  
 Pro. 18.  
 Eccli. 18.  
 4

DE MULIERIBVS: ET QVOD EAS VIRIS suis subiectas esse oporteat, nec citra eorum authoritatem quicquam facere. CAP. LXXII.

**D**IXIT Deus mulieri: Ad virum tuum erit conuersio tua, & ipse dominabitur tui.

Gen. 3.

Mulier si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserit. Sin autem renuerit vir eius, non manebunt vota: quia vir renuit, & Dominus purificabit eam.

Rum. 30.

Mulier quæ virum suum honore afficit, sapiens ab omnibus reputabitur.

Mulieres viris suis subditæ sint, tanquam Domino. Quoniam vir caput mulieris est, sicut & Christus caput est Ecclesiæ, & ipse est caput corporis. Sed vt Ecclesia subdita est Christo, sic & mulieres subditæ sint viris suis. Vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit: mulier autem, vt timeat virum suum.

Ephes. 5.

Mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam con-

1. Pet. 3.



uersionem. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, F  
aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctae mulieres sperantes in Deo ornabant se, subiectae propriis viris. Sicut Sara obediebat Abrahamae, dominum eum vocans: cuius estis filiae bene facientes, & non pertimentes ullam perturbationem.

## DE MULIERIBVS: ET QVOD DETECTA

facie errare, non debeant, nec loqui, aut docere in Ecclesijs.

CAP. LXXIII.

1. Cor. 11.



OSIPSI iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem, si comam nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt?

14.

Non enim est dissensionis Deus, sed pacis, sicut in omnibus Ecclesijs sanctorum doceo. Mulieres in Ecclesijs tacant, non enim permittitur eis loqui, sed subditi esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi interrogent viros suos. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.

1. Tim. 2.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio. H

Incerti.

Mulieres ineptam loquacitatem ac susurrationses ex ore suo eijciant: illud in memoria habentes, diabolum, cum in Eva aurem insusurrasset, eam e paradiso expulisse.

## DE MULIERIBVS PVERPERIS.

CAP. LXXIIII.

Leuit. 12.



MULIER, si suscepto femine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruae. Et die octavo circuncidetur infantulus, ipsa verò triginta diebus manebit in sanguine purificationis suae. Omne sanctum non tanget, nec ingreditur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suae. Si autem foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta diebus manebit in sanguine purificationis suae. I

Philo.

Foetus, qui septimo mense in lucem emittuntur, vitales sunt: ita ut mirum aliquid contingat. Vitales etiam sunt, qui septimo mense in lucem eduntur: qui autem octavo, vitales esse nequeunt.

## DE MULIERE FORTI, ET CASTA.

CAP. LXXV.

Iud. 4.



ISARA autem fugiens, peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinai. Erat autem pax inter Iabin regem Azor, & domum Haber Cinai. Egressa igitur Iahel in occursum Sifarae, dixit ad eum, Intra ad me, domine mi, intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam, Da mihi obsecro paululum aquae, quia sitio valde. Quae aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Dixit Sifara ad eam, Sta ante ostium tabernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens, Numquid hic est aliquis? respondebis, Nullus est. Tulit itaque Iahel vxor Haber clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondite, & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vique



A vsque ad terram: qui soporem morti socians, defecit, & mortuus est. Et ecce Barac sequens Sisaram, veniebat: egressaque Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cum intrasset ad eam, vidit Sisaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius.

Benedicta inter mulieres Iahel, vxor Haber Cinæi: & benedicatur in tabernaculo suo. A quam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum. Cap. 5.

Accedens Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquas ostio, ignem supponere nitabatur: & ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Qui vocauit quod armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne forte dicatur, quod

B à foemina interfectus sim. qui iussa perficiens, interfecit eum. 1. Reg. 19.

Annunciauit Michol Dauid, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris. Deposuitque eum per fenestram. Porrò ille abiit, & aufugit, atque saluatus est. 25.

Dixit Abigail ad Dauid: In me sit, domine mi, hæc iniquitas. Loquatur obscuro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomē suum stultus est, &c. Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit hodie te in occursum meum: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti ne hodie irem ad sanguinem. 1. Reg. 38.

C Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, & variegandi scientiam? Pro. 12. 18.

Mulier fortis corona est viro suo. Qui inuenit mulierē bonā, inuenit bonū, & hauriet iucunditatem à domino. Qui eicit mulierem bonam, eicit bonū de domo sua. Sapiens mulier ædificat domum suam: inspiens extructam quoque manibus destruet. Mulierē fortē quis inueniet? Pretiosior est lapidib⁹ pretiosis. 14. 31.

Noli discedere à muliere sensata & bona: gratia enim illius super aurū. Ecclesi. 7.

Mulier si est tibi secundum animam tuam, ne proicias illam. Pars bona mulier bona: in parte bona timētium Deum dabitur viro. Mulier fortis oblectat virum suum: & annos vitæ illius impinguabit disciplina ipsius. Species mulieris exhilarat faciem viri sui: & super concupiscentiam hominis superducit desiderium. Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ, non est vir illius secundum filios hominum.

D Verum decorem mentis ornatum puta, Nax. in  
 Non aut manus quem pingit, aut delet dies: Tetr.  
 Oculus pudicæ mentis at quem perspicit. Qua verā  
 Deformitatem rursus at mores malos. pulchri-  
 Mulierum genus ad lacrimas propensum est: ac mens earum ad misericordiam facile tudo.  
 inflecti solet. Cyrill.

Istud mulierem omni sinistra suspitione cavere ostendit, cum accuratius sese minime excolit, nec præter decorum exornat. Verum obnixis precibus & obsecrationibus dedita est, Clemens.  
 crebroque domo egredi cauet, seseque, quoad eius fieri potest, ab eorum, quibuscum ei genus Quidnam  
 commune non est, conspectu excludit: vt quæ antiquius habeat domi se tenere, quam intem- mulierem  
 pestiue nugari. ab impro-  
ba suspi-  
cione vin-  
dicet.

DE MULIERIBVS MALIS ET ADVL-  
 teris, ac prostitutis, atque omni vitiorum genere scatentibus.

CAP. LXXVI.

**I**n septimo cum vxor Samson esset ei molesta, exposuit problema. Iud. 4.  
 Quæ statim indicauit ciuib⁹ suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante  
 Solis occubitum, Quid dulcius melle? quid fortius leone? Qui ait ad  
 eos: Si non arassetis in vitula mea, nõ inuenissetis propositionem meā.  
 Dixit Dalila ad Samson, Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus nõ 16.



fit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere, in quo fit maxima fortitudo tua. Cumque molesta esset ei, & multos dies iugiter adhereret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam, Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazareus, id est consecratus Deo, sum de utero matris meae. Si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ceteri homines. Vidensque illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philistinorum, ac mandauit, Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserat. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & coepit abigere eum, & a se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit, dixitque, Philistinum super te Samson. Qui de somno confurgens, dixit in animo suo, Egre diar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens quod recessisset ab eo Dominus. Quem cum apprehendissent Philistinum, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vincitum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.

3. Reg. 17. Fecit Salomon quod non placuerat coram Domino: & non adimpleuit ut sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc adificauit Salomō phanum Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque ad hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quae adolebant thura, & immolabant diis suis.

Pro. 5. Fili, ne attendas ad malam mulierem. Fauus enim distillas labia meretricis: quae ad breue tempus demulcet fauces: nouissima autem eius amara sicut absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Mulier pretiosas virorum animas capit. Sedes ignominiae, mulier odio habens iusta. Fili, serua mandata mea, & viues: ut custodias te a muliere extranea, & ab aliena, quae verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meae per cancellos prospexi, & video paruulos, confidero vterque iuuenem: qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obscuro, ad uesperascente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornata meretricio, praeparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaeuultu blanditur, dicens, Victimam pro salute tua deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Aegypto, aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cynamomo. Veni, inebriemur huberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. Sacculum pecuniae secum tulit: in die plenae lunae reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo illius agitur. Nunc ergo, fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in vis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Via inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

Pro. 11. 9. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Mulier stulta & clamosa, plenaeque illecebris, & nihil omnino sciens: sedit in foribus domus suae super sellam, in excelsis urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. Qui est paruulus, declinet ad me. Et vterque locuta est, A quae furtivae dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuae eius. Sicut vermis in ligno: sic virum perdit mulier mala. Qui retinet adulteram, stultus est & impius. Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Tecta perfstillantia eiciunt

18. 21.

27.



**A** eiciunt hominem in die frigoris de domo sua: sic & mulier maledica virum ex domo sua eicit.

Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

Mich. 7.  
Eccli. 9.

Non des mulieri animam tuam, nec obuiam procedas meretrici. Cum saltatrice ne affiduus sis, nec audias illam. Virginem ne conspicias: ne fortè scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animam tuam. Auerte faciem tuam à muliere compta. Cum aliena muliere ne fedeas omninò. Propter speciem mulieris multi perierunt. Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes. Patrem & virum confundit audax: & ab utroque ignominia afficitur. 19. 22.  
23.

**B** in lege Altissimi incredibilis fuit, & secundò in virum suum deliquit: tertio in adulterio fornicata est, & ex alieno viro statuit filios sibi. Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Derelinquet in maledictum memoriam suam. Non des aquæ tuæ exitum nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum. 25.

Commorari leoni & draconi magis placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Breuis est omnis malitia super malitiam mulieris: & fors peccatoris cadet super eam. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani: sic mulier lingua homini quieto. A muliere initium factum est peccati: & per illam omnes morimur. Ibid.

**C** Fornicatio mulieris in extollentia oculorum: & in palpebris suis agnosceretur. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Super mulierem malam bonum est sigillum. 26.

*Peccata mulierum, virorum imperitia contrahuntur.*

**D** *Mulier opum amans, eiusmodi viro coniuncta, duplex morbus est. Nam & delitias accedit, & voluptatum amorem auget, & cupiditatibus minimè necessariis aculeos subdit, nimirum vniones quosdam, & smaragdos, & hyacinthos excogitans, atque aurum partim fabricans, partim texens, ac per summam ineptiam morbum exaggerans. Neque enim obiter duntaxat ac velut defunctorie his rebus studet: verum & noctu & interdum in his curis, ac sexcenti adulatores cupiditatibus ipsius obsequentes, tinctores, aurifices, vnguentarios, textores, ac variandi arte præditos colligunt: nec per assidua ipsius imperia quicquam temporis marito ad respirandum datur. Nulla siquidem opes muliebribus cupiditatibus explendis pares esse queant, nec si annis instar ipsis affluerent. Barbaricum enim vnguentum non secus atque promercale oleum affectant: maris flores, hoc est purpuram, & quæ ex conchis eliciuntur, supra pecudum lanam expetunt. Iam verò aurum ingentis pretij, capillos constringens, partim earum fronti ornamento est, partim collo. Aliud item in zonis est: aliud manus ac pedes quasi vinculis astringit. Gaudent enim opum studiose manicis ac compedibus vinciri, dummodò auro vinciantur. Quando igitur animam curabit, qui vxoris cupiditatibus se in seruitutem addixit? Vt enim imbecille naues à procellis ac tempestatibus, sic infirma maritorum anima ab improbis vxorum affectionibus deprimuntur.* Sexti Pythag.  
Basi. hom. aduers. diuit.  
Lasciua mulieris descriptio.

**E** *Petulantes muliercula, Dei metu è memoria eiecto, ac sempiterno igne contempto, quo die eas ob Resurrectionis memoriam domi sedere oportebat, ac diem illum animo com-plecti, quo cæli aperientur, ac iudex nobis è cælis apparebit, & Dei buccina, & mortuorum resurrectio, & iustum iudicium, ac remuneratio cuique iuxta opera sua: pro eo, inquam, quòd hæc animis versare debebant, atque & ab omnibus improbis cogitationibus pectora sua repurgare, & peccata prius admissa lachrimis delere, ac denique ad occursum Christi in magno aduentus ipsius die sese comparare, excusso seruitutis Christi iugo, proiectis è capite turpitudinis velamentis, contempto Deo atque ipsius angelis, nulla cuiusquam virorum prospectus verecundia affecta, comas expandentes, pallia trahen-* Hom. de ebriet.  
simile.

H



tes, ac pedibus etiam simul ludentes, procaci oculo, effuso risu, ad saltandum velut furore quodam abrepta, atque omnem iuuenum petulantiam ad seipsum illicientes, chorosque in martyrum templis, ad Urbis suburbia stis, agitant, loca sancta obscenitatis suae officinam effecerunt: atque & aërem meretricis cantibus, & terram impuris pedibus contaminarunt, dum eam saltando ferierunt, iuuenum turbam theatri loco sibi undique constituentes: petulca sane, atque ad extremum insana & gradum nihil sibi reliqui facientes. Hæc ego quonam modo sileam? Quonam rursus modo pro rei atrocitate deplorem?

Vinum nobis harum animarum detrimentum attulit. Vinum, inquam, Dei munus, ad infirmitatis solatium in castis hominibus ac sobrietate præditi concessum, nunc autem petulantia instrumentum intemperantibus & libidinis effectum.

Chrysof. Nullum malum mulieri improba conferendum est. Quidnam inter quadrupedia leone atrocius est? Nihil. Quidnam inter reptilia dracone crudelius? Nihil. Atqui improba muliere & leo & draco inferiores sunt. Testis est mihi sapientissimus Salomon, dicens, Commorari leoni & draconi magis placebit, quam habitare cum muliere mala ac loquaci. Ac ne Prophetam hæc ironice dixisse existimes, ex ipsis rebus accuratè rem intellige. Leones Danieli custodiri sunt: at Iezabel iustum Naboth interemit. Cetus Ionam in ventre custodivit: at Dalila Samsonem abrasum Philistæis tradidit. Dracones & aspidem, & cerasta Iannem in deserto pertimuerunt: at Herodias ipsum in prandio obrundecari iussit. Corui Eliam in monte aluerunt: at Iezabel eundem post pluvie beneficium ad eadem quaerit. Quid enim dicebat? Si tu es Elias, & ego Iezabel. Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, nisi cras hac hora ponam animam tuam sicut vni ex iis, qui mortui sunt. Et timuit Elias: & profectus est, & venit in desertum viam vnius diei, & petiuit animæ suæ ut moreretur. Et dixit: Domine Deus, sufficit. Accipe animam meam à me, quoniam melius est mihi mori, quam vivere. Non enim sum melior, quam patres mei. O rem gravem! Elias Propheta feminam extimuit? ille, inquam, qui totius terrarum orbis imbrem lingua gestabat, qui ignem cælitus verbo detraxerat, ac per orationem mortuos ad vitam reuocarat, feminamne timuit? Certè timuit. Neque enim vlla improbitas cum muliere improba comparari potest. Atque sermoni meo fidem astruit Sapia, dicens, Non est caput nequius super caput colubri: & non est malitia supra malitiam mulieris.

Intrepidus Elias mulierem timet. Eccl. 25.

Quot mala per feminam inuenta sunt. O malum ingens, atque acutissimum Diaboli telum! Per mulierem à principio Adama in paradiso sauciavit. Per mulierem Dauidem ad necem Vriæ per dolum inferendam velut furore percitum incitavit. Per mulierem sapientiæ laude præstantissimum Salomonem ad defectionem impulit. Per mulierem fortissimum Samsonem detonsum excacavit. Per mulierem filios Heli sacerdotis in terram prostravit. Per mulierem cælipetam illum Eliam infestatus est. Per mulierem nobilissimum Iosephum in vinculis tenuit. Per mulierem Ioannem totius mundi lucernam, capitis supplicio affecit. Per mulierem omnes inzulat. Mulier enim impudens nulli parcat. Non leuitæ rationem habet: non sacerdotem, non Prophetam veretur. O malum quouis malo peius mulier improba, etiamsi paupertate laboret! Quod si etiam opes habeat, ipsius improbitati subsidium ferens, duplex malum est, intolerabile animæ, ac fera usque ad eam seua, ut nullis obsequiis deliniri possit. Ego quippe & aspidem blanda manu demulsa miscere scio, & leones, & tigres, & pardos cicuratos leniri. At improba mulier, & cum lacepsitur furit, & cum demulcetur, insolenscit. Quod si virum habeat dignitate atque imperio potentem, noctu & interdum sermonibus eum impellens, ad insidiosam cadem acuit, quemadmodum Herodias Herodem. Si rursus pauperem virum habeat, ad iram eum & pugnas excitat. Denique si vidua sit, ipsa per se omnes aspernatur. Neque enim Dei metu linguam frenat, neque ad futurum tribunal oculos conicit. Amicitia leges nescit. Nihil pendit improba mulier virum suum ad mortem tradere. Siquidem iustum illum Iob vxor propria in necem coniciebat, cum his verbis veretur, Dic impium aliquod verbum aduersus Dominum, & morere. O flagitiosam naturam! O nefariam animi inductionem! Nulla misericordia commota est, cum mariti sui viscera feruidis pustulis, tanquam ardentibus quibusdam carbonibus exusta, carneque omnes ipsius vermibus correptas vidit. Non ad misericordiam inflexa est, cum eum prorsus

Mulier mala & duplex malum. Tob. 2. iuxta 70.



**A** sus in se conuolutum & laborantem & angore affectum, atque continuos anhelitus ex intimo pectore ad os agre hians ducentem perspexit. Non ad cōmiserationem emollita est, cum eum, qui quondam regis purpura induebatur, tunc toto corpore nudus in sterquilinio iaceret. Non meminit veteris suae cum eo consuetudinis, quantūq; propter eum gloria, quantūq; opibus florisset. Sed quid? Dic aliquod verbum aduersus Dominum: & mouere. Quid? An vnquam tibi morbo laboranti tale quippiam prolocutus est? ac non potius id egit, vt precibus, & piis largitionibus, morbum abstergeret? Non enim videlicet ipsi ad aliquod tempus immissa castigatio sufficiebat, nisi tu quoque sempiternum ei cruciatū per blasphemiam accerseres? An nescis omne peccatū remissum in hominibus, blasphemiam Mar. 3. autem aduersus Spiritum sanctum non remissum iri, nec in hoc seculo, nec in futuro?

**B** Vis aliam quoque improbitatem huic parem videre? Vide quæso Dalilam. Etenim illa Iudic. 16. Samsonem fortissimum virum detonsam Philistæis dedit, virum inquam suum & coniugem, quem fouebat, quem mulcebat, quem obsequiis omnibus deliniebat, quem supra seipsum amare præ se ferebat. Quem heri amabat, hodie fallebat. Quem heri amico animo fouebat: hodie, vt falleret, mulcebat. Quamobrem autem? An non pulcher erat? Quis tum temporis illum pulchritudine antecellebat? Nam etiam septem crines, septiformem gratiam adumbrantes, in capite gestabat. An non fortis ac strenuus erat? vt qui horrendum leonem, dum iter faceret, solus strangulasset, & una asini maxilla Iudic. 14. mille Philistæos prostrauisset? Quin sanctitate quoque præditus erat. Tanta enim ipsius sanctitas erat, vt simulatque aquæ penuria siti correptus orasset, statim ex sicca

**C** ea maxilla, quam manu tenebat, aquæ fontem emisit, hincque sitis medicinam hau- Iudic. 15. serit. Et tamen virum vsque adeo pulchrum, vsque adeo fortem, vsque adeo sanctum, vxor propria tanquam hostem Philistæis prodidit. Ob eamque causam hoc tibi Prophe- ta præcipit: A coniuge tua caue, ne manifestes ei cor tuum. Cedo, quæ bellua aduersus marem suum vnquam huiusmodi quicquam molita est? Quæ draconæ coniugem suum in- terficere studet? quæ leonæ coniugem suum ad eadem tradit? Vides quàm appositè dixerit Sapientia, Non est caput nequius super caput serpentis: & non est malitia super malitiam mulieris. Atque, vt in summa dicam, qui improbam vxorem habet, illud no- Qui impro- bam vxorem ha- bet, iam

**D** Intolerabilis est mulier, quæ assentationibus demulcetur, quæque vultum tanquam diuinitus pratum quoddam variis floribus ornat, & fuce genas rubicundas reddit, & amodo ac pro sceleri- cerusa faciem dealbat, & atramento oculos pingit, & ornamentis aureis collum suum & bus suis manus ac comam condecorat, & mollem vestem suam variis vnguentis perfundit. Est præ- punitur. terrea exitiosus laqueus, iuuenē per omnes sensus abducens, atque & ipsius oculos per orna- tum, quem ipsi spectandum obicit, & aures per sermonum suorum blanditias tãquam arte magica inescans.

Mulier iumentum malum, vermis repens, atque in Adamo domicilium habens, mien- dacij filia, paradisi custodia, Adami expultrix, hostis pernicioza, pacis inimica.

Deus boni & mali scientiam ligno non præbuerat, nec id, quod rationis particeps erat, ex eo, quod ratione carebat, pendere voluerat. Siquidem arbor ea rationis expers erat: homo autem ratione præditus. Itaque lignum illud boni & mali cognitionem non habebat. Nam si eam habuisset, proculdubio rationis quoque particeps fuisset: atque, cum Eua ad sumendum fructum se compararet, ad eam arbor his verbis vti debuisset: Quid agis mulier? Quid fructum meum degustare cupis? Caue comedas: ne moriaris. In perniciem tuam ne decerpere vis. Fructu meo delectaris? At mors ei imminet. An non habes quibus vescaris? Quid igitur non iis fruieris, à quibus periculum abest, sed ea concupiscis, quæ perniciem afferunt? Vis maritum tuum accersam, ac facinus tuum ipsi exponam: vt voluntatem tuam odio infectetur? Vt tu comedas, ille moritur: vt tu oblecteris, ille extinguitur: vt tu cum serpente colloquaris, ille à Deo remouetur. At nihil horum arbor dixit. Quamobrem? Nempe quia sermonis ac rationis particeps non erat, verum legem gestabat. Quemadmodum enim liber, qui totus conscriptus est, per se non loquitur, sed per ea, quæ in ipso continentur: ita arbor illa literarum loco legem pro-



Gene. 2. ferebat. Quam tandem legem? De ligno scientiæ boni & mali ne comedatis. In quacun-  
que enim die comederitis, morte moriemini. Quid igitur Moses? Dicat etiam quæ se-  
quuntur. Et dixit Deus: Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutricem  
similem illi. Adiutricem dixit, non viri carnificem: adiutricem, non impostricem: ad-  
iutricem, non insidiatricem: adiutricem, non aduersariam: adiutricem, non eo superio-  
rem, sed similem ei. Et accepit, inquit, Deus hominem quem formauerat, & posuit eum

Cur in paradiso voluptatis. Quid igitur assertur, quamobrem Deus Adamum quidem extra  
dam<sup>o</sup> ex paradiso condiderit, in paradiso autem ex eius costa Euam fabricatus sit? Ecquid e-  
tra para- nim non mulierem? quomodo extra paradysum finxit, atque ita demum eam in paradysum  
disum cō- transtulit? Nempe ne extra domum suam vagari disceret, sed domi se tenere, atque in  
ditus sit, domesticarum rerum curam incumber e. Nam cum, licet in paradiso efficta fuerit, ta-  
ac nō item men illic se tenere nequiverit, sed & seipsam hinc extruserit, & maritum eiecerit, quid  
Eua, factura erat, si extra paradysum condita fuisset? Ex hac igitur didicerunt improba mu-

1. Tim. 5. liercula de domo in domum circumire. Quas etiam beatus Paulus inf. etans, dicebat: Si-  
Iob. 2. mul etiam otiose discunt circumire domos. Hac vxor Iob addidicerat, cum ad maritum  
suum diceret, Ego vaga & famula sum, & è loco in locum obambulans, & è domo in  
domum. Non abs re dicit, & dicit, id est vaga. & dicit, id est impostorem in seipsa ha-

Maria E- bebant. At ne qui obsecro deinceps in Euam maledicta iaciat. Etenim sancta Deipara  
uæ probri virgo ipsius probum deleuit. Quamuis enim Eua petulanter se gessit, cum sermones cum  
deleuit. serpente inuit: tamen iniquitatis dolorem per filiorum procreationem abiicit: velut etiam

1. Tim. 2. mentionem fecit Apostolus his verbis, Et mulier quidem seducta fuit in præuacatione.  
Saluabitur autem per filiorum procreationem. Quam tandem? Nimirum ex Adamo, li-  
bera qui ab eo fluxerunt: ex ipsis rursus, qui post illos extiterunt: deinde Patriarchæ, Pro-  
phete, David, & qui ex eo iuxta carnem ortum traxit, Dominus Iesus Christus, qui mæ-  
stitiam propulit, & gratiam inuexit.

Quid est mulier pulchra? Sepulchrū dealbatum, nisi pudicitia prædita sit. Etenim pul-  
chritudo & morbo flaccescit, & morte interrumpitur.  
Mulieres, quæ pudicitiam in proptulo habent, anteuentere solent, atque ingenuas ma-  
& impu- tronas scorta appellant: vt ne quid illæ copulij habeant, quod in eas regerant.  
dica.

DE INGLVIE: ET QVOD EA MOR-  
tem accersat. CAP. LXXVII.

Gene. 25. **V**ENDIDIT Esau primogenita sua Iacob. Et sic accepto pa-  
ne & lentis edulio, comedit & bibit, & abiit, paruipendens  
quòd primogenita vendidisset.

Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt lude-  
re. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descen-  
de. Peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti:  
feceruntque tibi vitulum conflatilem.

1ob. 40. Fortitudo Satanæ est in vmbilico ventris.  
Prou. 27. Ne ventrem satures in mensa: ne forte offendas. Anima saturata calcabit K  
fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci fumet. Qui in pueritia deli-  
ciis se tradit, famulus erit. In vtero supplantauit Iacob fratrem suum.

Esa. 5. Væ qui confurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq; ad ve-  
speram, vt vino æstuetis. Omnes qui vinum bibunt, confundentur. Erraue-  
runt propter siceram sacerdos & propheta: mente alienati sunt propter vinum.

2. Et vocauit in die illa Dominus ad luctum & plactum, ad caluitium & ad cin-  
gulum facci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, co-  
medere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Thren. 4. Qui vesecebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis,  
amplexati





**A** amplexati sunt stercora.

Post concupiscentias tuas ne eas : & à voluntate tua auertere. Si præstes anima tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Non delesteris in multis deliciis: euerfio enim est cum viro inexplebili. Aufer à me veteris concupiscentias: & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me. Ne te ingurgites in omnibus deliciis: in multis enim cibus erit morbus. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus.

1. ioh. 23. 40.

Attendite vobis ipsis, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & repente superueniat vobis dies illa. Tanquam enim laqueus superueniet in omnes, qui sedent super faciem terræ.

Luc. 21.

**B** Enutriuistis corda vestra tanquam in die occisionis.

Inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.

1. cor. 5. Phil. 3.

Ne quis malus sit, aut prophanus, vt Esau, qui pro vnico cibo vëdedit primogenita sua.

Heb. 12.

*Bene se habete, ac supra modum ebulliente sanguine, ex obesitate, atque corpulentia peccandi occasio contrahitur. Cæue igitur ne corpori tuo blandiaris, somnis videlicet ac balneis, & mollibus stragulis ipsum delinens: quin potius istud semper accine, Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Quid foues, id quod paulò post interituum est? Quid te ipsum pinguem & corpulentum reddis? An te fugit, quòd quantò crassiore carnem tuam efficis, tantò grauius anima tuæ erga stulum construis? Quoniam enim modo terrenus & carnalis homo confitebitur Deo, & veritatem ipsius annuntiabit: vt qui ne percipiendæ quidem doctrinæ temporis quicquam impertiat, & in tanta carnis mole mentem defossam atque obrutam habeat?*

Basil. Ho. in psal. 29.

Corpus anime er-  
gastulū.

*Sursum quondam Adamus erat, nõ quidem loco, sed animi inductione. At statim omni voluptate refertus, ex satietate in petulantiam ruit: vt qui, id quod carnis oculis amœnum videbatur, pulchritudini ei, quæ mente percipitur, antetulit, carnisque ingluuiem spiritualibus oblectamentis præstabiliorem duxerit. Quo factum est, vt confestim è paradiso, ac beato illo statu exturbatus sit: non ille quidem necessitate, sed temeritate atque imprudentia malus effectus.*

**D** Venter cibus onustus, non dicam ad cursum, sed ne ad somnum quidem aptus est. Quandoquidem ciborum copia oppressus, nõ quiescere quidè sinitur, sed multas in vtramque partem conuersiones efficere cogitur.

Venter infidus in commercijs est, peni minimè tutum: quippè qui, multis in se reconditis, detrimentum quidem retineat, ea autem quæ tradita sunt, minimè seruet.

Ne Eua inobedientiam imiteris: ne serpentem rursus ad consilium adhibeas, qui dum carni indulget, vt cibum capias, suadet.

Humana corpora, a si diu ingurgitatione degrauiata, facile morbis obruuntur: quæ autem facili ac leui alimento vruntur, tum impendens ex morbo malum, tanquam tempestatis impetum effugiunt, tum presentem quoque molestiam, non secus atque scopuli cuiusdam incursionem, propulsant.

**E** Quod Moses quadraginta totos dies ieiunans, & orans perfecerat, id omne temulentia vna irritum & infructuosum reddidit. Nam quas tabulas Dei digito conscriptas ieiunium acceperat, has ebrietas perfregit: quòd videlicet indignum esse propheta censuisset, temulentum populū leges à Deo accipere. Vnico temporis momento populus ille, qui per amplissima miracula Dei cognitionem perceperat, ob ingluuiem in idolorum cultum est prouolutus. Vtraque hæc inter se compone: nimirum quo pacto ieiunium hominem Deo conciliet: ac contra à luxus in exitium conijciat.

Hom. 1. de Ieiun.

Helluo est venter, poscendi finem nunquam faciens: hodie accipiens, & crastino die obliuiscens. Cum cibus refertus est, de temperantia differit: cum autem inflationem discussit, dogmatum suorum obliuione capitur.

Diuitis exemplum reformida. Illum luxus, cui per omne vitæ tempus operam dedit, in

Luc. 16.





D. IOANNIS DAMASCENI

ignem coniecit. Neque enim iniustitia vilius, sed dumtaxat mollietate ac luxu accusatus, in flamma excruciabatur.

Eos, qui luxu student, vitiosa concoctio necessario consequitur. Id enim gravissimos quoque morbos corporibus affert. Etenim ex crasso alimento velut fuliginosi quidam vapores sursum emissi, illuminationes eas, quæ à Spiritu sancto in mentem immittuntur, crassa cuiusdam nubis instar interrumpunt.

Satietas contumelia initium est.

De leged.  
Gent. lib.  
Helluones  
infernali-  
bus panis  
hic afficiuntur.

Qui mensarum structores quosdam excogitant, atque & terram omnem, & maria omnia, perscrutantur, ac vatri, velut gravi cuidam & molesto domino, vectigalia perferyunt, huiusce occupationis nomine miseri sanè sunt, nec leuiore poenas pendunt, quam ij, qui in inferno excruciantur: ut qui aperte ignem verberent, ac cribro aquam ferant, atque in pertusum dolium infundant, nec laborum finem vllum habeant.

Corpore genio indulgente, ac carni mole degravato, mentem ad obeundas actiones suas languidam & imbecillam esse necesse est. Contra, cum anima optima valetudine est, ac per virtutum studium ad bonum suum subuehitur, tum sanè sequitur, ut corporis habitus clanguescat.

Nax.

Nihil eorum laudandum censemus, quæ post guttur pari iam honore sunt, vel, ut relictius loquar, æquè vilia atque contemenda sunt.

Intemperantia, meo quidem iudicio, id omne censendum est, quod superfluum est, ac necessarium vsum excedit: præsertim egentibus ac fame laborantibus alijs, qui ex eodem luto ac temperatura constant.

Nihil perinde pugna, atque contentionis avidum est, ut venter.

H

Qui luxu operam datis, aliquid carni demite, ac spiritui date. In propinquo est pauper? Laboranti fer opem. In hunc aliquid eorum, quæ tibi redundant, eructa. Quid & tu cruditate laboras, & ille fame? tu crapula, ille aqua intercute? tu ingluuiem ingluvie premens, ille morbo circumactus? Noli Lazarum tuum hic aspernari: ne te illic diuitem faciat.

Ne mari ac terra pretiosum stercus nobis dono offerant. Hoc enim honore luxu afficere soleo.

Cyrillus.

Condimentorum sensus palati terminis circumscribitur. Etenim ultra palatum, eorum quæ injiciuntur, discrimen internosci nulla ratione potest: naturâ nimirum omnia æquè in factorem commutante.

Semen patris familias est: ex tritico autem panis efficitur. A luxu zizanium est, quod ab hoste clam tritico inspersum est.

Eccui hoc exploratum non est, peccatorum, quæ in vita committuntur, radicem esse studium illud, quod gutturi impenditur?

Libido luxu ferè comes est, quemadmodum etiam à Socrate proditum est.

Opes autem vitij potius quam virtutis administræ sunt.

Cur à cibus  
abstinen-  
dum.

A cibus abstinendum, non propter cibos, sed propter detrimenta, quæ ex his oriuntur.

Chrys.

Cum comederis, ac biberis, & expletus fueris, attento animo esto. Præceptum est enim luxu locus.

Nilus.

Gula affectus in libidinis affectum desinit: libidinis autem affectus mæroris affectu terminatur.

K

Comede quantum opus est. Neque enim moderatus cibus prohibetur. Comede igitur cum gratiarum actione: non autem deuora. Voraces etenim in odio sunt.

Quisquis inexplibili voracitate præditus est, ignominiam & passiones per gulam nouit.

Malum est homini erudito ac temperanti, præterquam opus sit, vesci.

Quicquid necessitatem excedit, inutile redditur.

Exod. 32.

An nescis quod populus Israëliticus, simulatque plus quam par erat, comedit, a sinu instar calcitrauit, atque ab eo, à quo alebatur, defecit?

Corpus immoderato cibo ac potu noli degravare: ne ex ingluvie in morbum incidas, atque animi vertiginem patiaris, ac voluptatum agmine expugneris.

Cum



**A** Cum te, ultra quam sat sit, pascis, imprudens hostem pascis. *Delicatorum ciborum copia degravatus, passionum turbini reluctari nullo modo queas. A luxu abhorrete. Ad eas enim actiones trahit, ex quibus depulso somno genit' quiritur. In ingluvie venerea cupiditas insita est. Necessesse est vt saginatam carnem extenues. Crassus enim venter tenuem mentem non gignit. Ac praesertim is, qui otium colit, ingenti sobrietate opus habet. Qui libidinis amore atq; ostentationis studio tenetur, a tartarea charibde non longe abest. Ne sis nescius, leta hac corporis firmitate, atque ingentis felicitatis splendore nihil esse miserius.*

**B** Summo studio in hoc incumbendum est, vt ventri dominemur. Deus enim est eorum, qui ab ipso vincuntur. Nec fieri potest, vt qui se ipsi addicit, insons maneat.

DE IIS QUI LINGVAM SVAM  
custodiunt. CAP. LXXVIII.

**C** **N**ON loquentur labia mea iniquitatem: nec anima mea medietabitur iniustitiam. Si parcas labiis, prudens eris. Qui custodit linguam suam, custodit animam suam. Altercationem sedat taciturnus. Qui amat vitam suam, parcat ori suo. Peruersum os amputa a te: & iniusta labia expelle a te. Argentum igni probatum est lingua iusti. Iusti sunt omnes sermones tui: nihil in illis sit prauum aut peruersum. A fructibus oris anima viri implebitur bonis: retributio autem labiorum ipsius dabitur ei. Medicina linguae arbor vitae: qui autem conseruat eam, implebitur spiritu. Fagus mellis sermones boni: dulcedo autem eorum, medicamentum animae. Qui custodit os suum & linguam, seruat ex tribulatione animam suam. Lingua mollis confringit ossa. Mors & vita in manibus linguae: qui autem tenent eam, comedent fructus eius.

**D** Beatus vir, qui non est lapsus in ore suo. Guttur dulce multiplicat amicos. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me? Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Bona diffusa sunt in ore concluso.

Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Pone Dominum custodiam ori meo, & ostium circumstantiae labiis meis.

Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens frenare totum corpus suum.

*Temperandae linguae studere, libidinosam petulantiam est coercere. Nescitis quantum bonum diuinitus sit consecutus, cui silere liceat. Loquere, si quid silentio praestantius habes. Silentium autem amplectere, vbi silere praestat, quam loqui.*

**E** Inepta loquacitas pueri iucunda non est, nec verborum contentio. Satis enim superque est vel vnus aduersarius.

Sapiens vir, vel tacens, Deum honorat. Parce obsecro inconstanti tuae linguae. Grauior enim linguae, quam pedum lapsus est.

DE IIS QUI LINGVAM SVAM  
non custodiunt. CAP. LXXIX.

**A** B omni verbo iniquo absiste. A flagro linguae occultabit te. Sepulchrum patens est guttur eorum. Disperdet Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Acuerunt linguas suas



114 sicut serpentes. Vir linguosus nō dirigitur in terra. Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concirabat dolos. Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. F

*Provi.*  
10. Laqueus fortis viro labia ipsius: capitur autem verbis oris sui. Qui labia sua non tenet, supplantans supplantabitur. Sermo molestus suscitatur iras: vir biliguus reuelat consilia in confesso. Os stultorum annunciat mala. Peruersus in ore suo fert perditionē. Vir lingua mutabilis incidet in mala. Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina animae ipsius. Fovea profunda os iniqui: cui autem iratus est Dominus, incidet in eam. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitatur rixas. Propter peccatum labiorum incidit in laqueum peccator. In multiloquio non deerit peccatum. Amputa abs te os peruersum: & iniusta labia procul à te pelle. Stulti intemperantis linguae sunt. Si extraxeris sermonem, exhibit iudicium & pugna. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat. G

*Eccl. 5.* Ne festines in corde tuo: neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonē coram Deo. Stultus multiplicat sermones. Qui multiplicat sermones, execrabilis erit.

*Eccl. 19.* Ut sagitta infixae femori carnis: sic verbum in corde stulti. Crudelis est, qui non conseruat sermones. Ne litiges cum homine loquaci. Terribilis in ciuitate vir linguosus: & ne congeras super ignem eius ligna. Labi à pauimento minus graue est, quam à lingua. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguae comminuet ossa. Argentum tuum & aurum conflagra, & verbis tuis facito stateram, & frænum ori tuo rectum, ianuam & vectes: attende, ne fortè labaris in lingua. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. H

*Hier. 9.* Ne stes in sermone malo. Tetenderunt linguam suam tanquam arcum.  
*Iac. 3.* Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam fræno circumducere totum corpus. Si autem equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues, cum magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua, modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit! Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflamata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & caterorum domantur, & domita sunt à natura humana. Linguam autem nullus hominū domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Nō oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nūquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus vvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salia dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desurfum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi incōstantia, & omne opus prauum. Quæ autē desurfum est sapientia, primū quidē pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cōsentiens, plena misericordia & fructibus bonis, nō iudicans, sine simulatione. Fructus autē iustitiæ, in pace seminatur, faciētibus pacem. I

*Nāxiā.* Immodicus sermo auribus inimicus est, non secus atque immoderatus cibus corpori. Lubricum est hominibus lingua, cum ratione minimè gubernatur.



A Sermo temere profusus integras domos evertit, atq; animas pessumdedit ac perdidit. Ac Chrysof. pecuniarum quidem iactura sarciri rursus potest: sermo autem, ubi semel exilierit, recuperari rursus nequit.

Hirundines domo non excipere, hoc est garrulos homines, ac lingua procaci & petulantia, contubernales minimè facere monemur. Cyrillus.

Mali hominis lingua, lapsus ipsi est. Et David: Lingua tua sicut nouacula acuta fecisti Euseb. dolum. Et rursus: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Et rursus: Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Ps. 51. 119.

Ac rursus: Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum. 108.

Serpentem aiunt atrocem in lingua aculeum habere. At ille mala hominis lingua atrocior non est. Dicitur etiam lacerta decolor: sed ea non magis decolor est homine ineptè loquaci. Lingua violenta nihil grauius.

Scorpij morsus remedium admittit: at sermo malus ex nugatoris ore egrediens, immedicabile vulnus proximo infligit. Ignem ardentem extinguit aqua: linguam autem improbam nihil mitigat. Equum duriori ceruice frenum domat: malam autem linguam nullus domare potest. Truculenta fera facile cicuratur: mala autem lingua leniri nequit. Nihil in mundo lingua mala peius est. Maritum cum vxore, domum cum domo, filios cum parentibus, fratres cum fratribus committit. Denique nihil non mali per linguam oritur.

DE DEI POTENTIA.

CAP. LXXX.

C OMINVS Deus tuus in te est, Deus magnus & fortis.



Deprecabor Dominum, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Si deiiciat, quis edificabit? Si conclusit aduersus hominem, quis aperiet? Scio quia omnia potes: nec quicquam apud te impossibile est.

Qui humiles in altum erigit, & eos qui perierunt, exsuscitat. Qui transfert montes, & nesciunt hi, quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius cõcutiuntur.

Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris. Quis est qui de manu eius eruat? Si subuerterit omnia, quis dicturus est ei, Quare sic fecisti? Apud eum sapientia & potentia: ipsi consilium & prudentia: ipse nouit & decipiẽtem, & eum qui decipitur. Adducit cõsiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regum dissoluit: & præcingit fune renes eorũ. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Effundit despectionem super principes: & eos, qui oppressi fuerant, releuat.

Arcus fortium superatus est: & infirmi accincti sunt robore. Dominus pauperem facit & ditat: humiliat & subleuat, &c. Tu terribilis es: & quis resistet tibi? &c. Omnes qui in circuitu eius sunt, afferent munera, &c. Quis Deus magnus, sicut Deus noster? tu es Deus, qui facis mirabilia. Potens es, Domine: & veritas tua in circuitu tuo, &c. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Quis loquitur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius? Suscitans de terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

Qui increpatione sua desertum facit mare, & ponit flumina in ficcum. Quis mentus est pugillo aquas? & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ: & librauit in pondere montes, & colles in statera? Ecce gentes quasi gutta situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Qui sedet super gyrum terræ: & habitatores eius sunt quasi locustæ. Hæc dicit Dominus: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quæ est ista domus, quam edificabitis mihi, & quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit: & sunt mea vniuersa hæc, dicit Dominus.

Qui redemit eos, fortis est. Dominus omnipotens nomen eius.

Qui increpatione sua desertum facit mare, & ponit flumina in ficcum. Quis mentus est pugillo aquas? & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ: & librauit in pondere montes, & colles in statera? Ecce gentes quasi gutta situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Qui sedet super gyrum terræ: & habitatores eius sunt quasi locustæ. Hæc dicit Dominus: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quæ est ista domus, quam edificabitis mihi, & quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit: & sunt mea vniuersa hæc, dicit Dominus.

Qui redemit eos, fortis est. Dominus omnipotens nomen eius.

Qui redemit eos, fortis est. Dominus omnipotens nomen eius.

Qui redemit eos, fortis est. Dominus omnipotens nomen eius.

Qui redemit eos, fortis est. Dominus omnipotens nomen eius.

Deut. 7.

Iob. 5.

9.

11.

12.

1. Reg. 2.

Psal. 75.

76.

88. 89.

105.

112.

Es. 50. 40.

66.

Exod. 15.



*Par. 4.* Omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: & non est qui resistat manui ipsius, & dicat ei, Quare fecisti?

*Sap. II.* Multū valere tibi soli superat semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momētum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terrā. Sed & misereris omnium, quia omnia potes. Virtus tua, iustitiæ initium est: & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. Potentibus potens imminet examinatio. Manum tuam effugere impossibile est. Quis dicet tibi, Quid fecisti? aut quis resistet iudicio tuo?

*Ecli. 43.* Terribilis Dominus, & magnus vehementer: & admirabilis potentia ipsius.

*Basil.* Qui portat omnia verbo virtutis suæ, nec corporeo modo operatur, nec manuum labore ad rerum procreationem opus habet, sed spontanea voluntate subsequenter habet naturam earum rerum quæ sunt.

*Vbi Deus vult, natura ordo superatur. Quod enim voluit, hoc potuit.*

*Deus natura præstantior est: atque & apud eum velle est, quia bonus est: & posse, quia viribus pollet: & perficere, quia omnia ei prona & factiva sunt.*

*Dico vobis, quia ex lapidibus istis, hoc est ex his, qui lapides colunt, potest Deus filios Abrahæ excitare.*

DE RERVM CREATIONE: ET QVOD NIHIL frustra à Deo factum sit. CAP. LXXXI.

*Gen. I.*  
*Psal. 73.*  
88.



VIDIT Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona.

Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & Solem, tu fecisti omnia fundamenta terræ. Tui sunt cœli, & tua est terra: orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti.

Ipsi est mare, & ipse fundavit illud. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.

103.

*Esa. 45.*

Ego Dominus, formans lucem, & creans tenebras. Ego feci terram, & cœlum super eam. Ego manu mea fundavi cœlum, & spiritus à me egredietur, & flatum omnem ego feci.

*Hier. 10.*

Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. Eleuat nebulas ab exterminatione terræ. Fulgura in pluviam facit, & educit ventum de thesauris suis.

*Bar. 3.*

Qui præparavit terram in æterno tempore, & replevit eam pecudibus & quadrupedibus. Qui emittit lumen, & vadit: & vocavit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen ei cum iucunditate, qui fecit illas.

*Sap. I.*

Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum. Creavit enim, ut essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra.

11.

Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? A magnitudine pulchritudinis creaturarum congruenter poterit horum creator videri.

13.

*Ecli. 18.*

Qui vivit in æternum, creavit omnia simul. Nihil fecit quod deficiat. Stabilivit bona: & quis implebitur videns gloriam eius? Opera Domini uniuersa valde bona: & omnē vsum tempestiuè suppeditabit. Et non est dicere, Hoc isto peius. Omnia enim in tempore probabuntur. Altissimus creavit de terra medicinam: & vir prudens non abhorrebit eam. Pax Dei super faciem terræ.

39.

38.

*Basil.*

Germinet terra herbam viventem. Ac simul cum iis, quæ alendi vim habent, venenata etiam producta sunt, cum frumēto cicuta, cum reliquis, quæ ad esum accommodata sunt, elleborus, aconitum, mandragora, & papaveris succus. Quid igitur? Prætermisso grati, ob accepta



**A** accepta commoda, animi officio Creatorē, ob ea, quæ vitæ nostræ exitiosa sunt, accipiamus? Illudne minimè consideramus, quòd non omnia ventris nostri causa procreata sunt: Verùm ea quidem alimenta, quæ nobis destinata sunt, prompta omnibùsq; nota sunt, quòdlibet autem eorum, quæ creata sunt, propriam quandam in creatione rationem explet?

*A Deo malum ortum trahere, impium dictu est: quandoquidem nullum contrarium ex contrario oritur. Nam nec vitæ mortem parit, nec caligo lucis origo est, nec morbus sanitatis efficiens est. Quid igitur dicimus? Nempe quòd malum non viua atque animata essentia est, sed affectio in anima, cum virtute pugnant, quæ quidem non aliunde in ignavis oritur, quam quòd à bono prolapsi sunt. Quocirca nihil est quòd malum extrinsecus circūspicias: verùm se quisque vitij, quo laborat, authorem esse agnoscat.*

*Impiū est dicere mala à Deo oriri.*

**B** Nihil ex omnibus, quæ à Deo condita sunt, frustra factum est.

Non natura ipsa motionum per se mala est, verùm motionum animæ deprauatio impetus animæ, tanquam vitiosis & perturbatis cōcitationes, traduxit. Siquidem artifex elegantem atque concinnam & modulatam citharam compegit. At qui pulsant, non eodem modo fides feriunt, sed ab eadem cithara alius hymnum, alius autem blasphemiam sonat. Non quòd in fidium natura peruersitas insit: sed quòd pulsantium inscitia instrumentum labefactet.

*Nax. Chrys. Eleganti similitudine ostendit Deum vitiorum nostrorum authorem non esse.*

Quòd mala superferantur, in causa est hominum segnitie. Cū enim dormirent homines, inquit Christus, venit inimicus, & seminavit zizaniam in medio tritici.

*non esse.*

**C** Omnia ea quæ fecit Deus, bona effecit, vt qui rerum omnium scientiam habeat. Nam nec iustus iniusti quicquam facere queat, nec probus quicquam mali: quemadmodum nec peritus quicquam imperiti. Cū itaque Deus & iustus, & bonus, & peritus sit, necesse est eum nec iniusti nec mali quicquam fecisse.

*Mat. 13. Euseb.*

Vnico voluntatis nutu Deus, quicquid vult, ex nihilo creat: vt qui solus sempiternus, solus principij expers, solus denique & essentia & voluntate simplex sit.

*Didymi.*

DE DEI GLORIFICATIONE: ET QVOD eum glorificare ac sanctificare oporteat: & quòd eos à quibus glorificatur, ipse quoque vicissim glorificet. CAP. LXXXII.

**D** Ixit Dominus ad Moysen & Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.

*Num. 20.*

Ego glorificantes me glorificabo: qui autem contempnunt me, erunt ignobiles.

*1. Reg. 2.*

Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero. Qui timetis Dominum, laudate eum, &c. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo, &c. Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam ei salutare Dei. Iubilate Deo omnis terra: psallite nomini eius, quoniam suaue. Confiteantur tibi populi Deus, confiteatur tibi populi omnes. In Ecclesiis benedicite Deo, Domino de fontibus Israël. Regna terræ cantate Deo: psallite Domino. Memor fui Dei, & delectatus sum, &c. Misericordias Domini in æternum cantabo. In generatione & generatione, &c. Bonum est cōfiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem. Exaltate Dominum Deum nostrum: & adorete scabellum pedum eius. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Confitemini Do-

*Ps. 9. 114. 21. 29. 46. 49. 134. 66. 68. 67. 76. 88. 91. 94. 66. 28. 98. 99. 102. 105.*



112. mino, & inuocate nomen eius. Quis loquetur potentias Domini? auditis fa-  
 113. ciet omnes laudes eius? Laudatio eius manet in seculū seculi. Laudate pueri  
 115. Dominum laudate nomen Domini. Non mortui laudabunt te Domine, ne-  
 116. que omnes qui descendunt in infernum. Tibi sacrificabo hostiam laudis: &  
 146. nomen Domini inuocabo. Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum  
 omnes populi. Psallite nomini eius, quoniam scilicet, &c. Laudate Domi-  
 num, quoniam bonus est psalmus, &c.

Pro. 7. Honora Dominum, & potens eris: præter eum autem neminem timueris.  
 Esa. 8. Dominum exercituum sanctificate: ipse pauor vester, ipse terror vester. Et si  
 42. in ipso fiduciam habueritis, erit vobis in sanctificationem. Cantate Domino  
 canticum nouum: laus eius ab extremis terræ. Pro eo quod non recordatus es  
 mei, nec cepisti me in cor tuum, ego quoque te videns, negligam. **G**

Hier. 13. Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam  
 offendant pedes vestri ad montes caliginosos.

Dan. 2. Sit nomen Dei benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum: quia sapientia  
 & fortitudo eius sunt.

Sap. 16. Præuenire oportet Solem ad gratias Deo agendas: & ad ortum lucis eum a-  
 dorare. Viuentis & incolumis laudabit Dominum.

Ecli. 32. Benedic Dominum qui fecit te, & qui inebriat te bonis suis. Benedicite  
 39. Dominum in omnibus operibus suis, date nomini eius magnificentiam, & con-  
 fitemini in laude eius, in canticis labiorum, & in citharis. **H**

1. Pet. 3. Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris.

Easl. Dei inhabitatio in hoc sita est, vt quispiam Deum per recordationem in seipso fixum  
 habeat.

*Hilarem ac mœroris expertem animæ statum hymnorum consolationes largiuntur.*

*Creatoris gloriam illustrat, in quo creata sunt omnia, tam visibilia, quam inuisibilia,  
 tam principatus, quam potestates, & si quæ sunt aliæ ratione præditæ, atque omni appella-  
 tione præstantiores, natura.*

*Deum agnoscamus, Creatorem adoremus, Domino seruiamus, patrem ac nutricium no-  
 strum gloria afficiamus, bene de nobis meritum amemus: vita nostra, tum præsentis, tum  
 futura, authorem vereamur, neque vnquam ipsius cultum & adorationem intermittamus.* **I**

Quo sacri-  
 ficio Deus  
 potissimè  
 delectetur  
 Sacrificium laudis tibi perfecto, atque ab omni egestate alieno, Deo offeramus, qui cor-  
 pora sacrificia minime postulat, in quibus qui copiosiores sunt superiores ferunt, sed à puro  
 animi affectu proficiscentem confessionem: quæ quidem omnibus iis, qui volunt, ex a quo  
 præstò est.

Naz. Dei sapius meminisse oportet, quam spiritum ducere.

Chryf. Pietatis argumentum est, assiduam diuinarum rerum curam gerere, ac crebris precibus  
 Deum placare.

Deum honestis actionibus venerare, sermonibus lauda, mente cole.

Deum in-  
 ste colitur,  
 nõ autem  
 dignè.  
 Deum nemo dignè colit, sed iuste dumtaxat. Quandoquidem ne parentibus quidem sa-  
 tis dignæ gratiæ referri possunt. Neque enim fieri potest, vt hos vicissim gignamus. **K**

DE EXPOSTVLATIONE: ET QVI CVM  
 Deo expostularint. CAP. LXXXIII.

Iob. 7. **N**ON in seculum viuam, vt patienter feram. Discede à me. Vana enim  
 est vita mea. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis  
 erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo: & subito probas illum. Vt  
 quequod non dimittis me, vt glutiam saliuam meam? Peccaui: quid fa-  
 ctus sum mihi metipsum grauis? Quare posuisti me contrarium tibi, &  
 factus sum mihi metipsum grauis? Quare non tollis peccatum meum? & quare non  
 aufers iniquitatem meam?

Si lotus



**A** Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen fordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo, nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Vtinam esset mediator inter nos, qui argueret, & audiret vtrumque nostrum.

Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum in turba & nepotum in cōspectu eorum. Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Bos eorū concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata foetu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lufibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos. *Quantas habeo iniquitates & peccata, ostende mihi. Quare faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? &c.*

Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorum se? Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finem iudiciū: quia impius præualeat aduersus iustū, propterea egreditur iudiciū peruersum.

Respondit Angelus Domini, & dixit: Domine omnipotens, vsquequò non misereberis Hierusalē, & ciuitatum Iuda, quibus iratus es iam septuaginta annis?

Iustus es Domine: veruntamē iudicia loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui impiè agunt?

DE IIS QUI SERVIUNT DEO: ET QVOD eos honorare oporteat, & quæ opus sunt, ipsis subministrare.  
CAP. LXXXIIII.

**D**IXIT Saul ad puerum suum: Quid feremus ad virum Dei? Panis defecit in cistariis nostris, & sportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rursum puer respōdit Sauli, & ait: Ecce inuēta est in manu mea quarta pars stateris argēti. Dem⁹ homini Dei.

Dixit Hieroboam ad vxorem suam: Surge, & tolle in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad hominem Dei.

Acceptit Abdias centum viros Prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos, & alebat eos.

Dixit Sunamitis ad virum suum: Ecce homo Dei transit per nos frequenter. Faciamus ei coenaculū paruum, & ponamus in eo lectulū, & mensam, & lucernā.

Qui adiuuat iustum, hic Solis instar orietur. Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio. Qui iustorum faciem non veretur, bonus non est. Detrimeto iustum afficere non est bonum nec fas.

Benefac iusto, & inuenies retributionem: & si non ab ipso, certè à Domino.

**E** Qui bonos laudibus afficiunt, coronarum ipsis reconditarum participes sunt. Non est magnum viri iusti curam gerere. Beneficium enim non tam dat quàm accipit, cui hoc honoris habetur, vt ipsi subministret.

DE DISCRIMINE BONI ET MALI: ET quòd ab operibus, non autem à sermonibus censerit quisque debeat.  
CAP. LXXXV.


**M**ICROS corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de illo. Ex fructu arbor cognoscitur.




D. IOANN. DAMASCENI

- Mat. 7.* Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Vnaqueque arbor ex fructu suo cognoscitur.
- 1. Jo. 4.* Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus.
- Incerti.* Fieri quidem potest, ò fili, vt qui probè loquatur, improbus sit: vt autem probè viuens improbus sit, fieri nullo modo potest.

DE IUSTIS, ET PRECIBVS AB HIS  
factis: & quòd ea à tentationibus eos eximant.  
CAP. LXXXVI.

- Gen. 20.*  RAVIT Abrahami Deum, & sanauit Abimelech, & vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt.
- Iob. 36.* Non auferet à iusto oculos suos: & collocabit eos in victoria, & exaltabuntur.
- Pf. 32. 29.* Ecce oculi Domini super metuentes eum, &c. Multæ tribulationes iustorum: & ex omnibus his liberabit eos Dominus. Oculi Domini super iustos: & aures eius ad preces eorum. Sustentat iustos Dñs, &c. Custodit Dominus omnia ossa eorù: vnù ex his non conteretur. Voluntatè timentiu se faciet: & deprecationè eorù exaudiet.
- Pro. 3. 10.* Oratio rectorù grata est Deo: & propter auxiliu iustorù magna existit gloria. H
- 12.* Habitacula iustorum benedicuntur: Benedictio Domini super caput iusti.
- 11.* Lux iustis semper. Domus iustorum fortitudo magna. Iustus in gaudio & latitia erit. Iustus è laqueo liberatus est: & tradetur impijs pro eo.
- Esa. 43.* Noli timere: quia redemi te. Vocauit te nomine meo, meus es tu. Si transieris per aquam, tecum sum, & flumina non operient te. Si transieris per ignem, flamma non nocebit tibi.
- Sac. 5.* Multum valet deprecatio iusti assidua.
- 2. Pet. 2.* Nouit Dominus pios è tentatione eripere.
- Incerti.* Iusti multi in calamitates incidunt: sed hæc flagella non sunt.

QVOD IUSTI CONTEMNANTVR AC  
traducuntur. CAP. LXXXVII.

- Iob. 9.*  ERIDENTVR iusti: traduntur enim in manus impiorum. Iustus vir & à reprehensione alieno factus est in subsannatione.
- Pro. 29.* Vir sanctus apud sceleratum impurus est. Viri sanguinarij iustum odio habent.
- Sap. 4.* Videbunt iustum, & contemnent eum: Deus autem illos iridebit. Et erunt postea decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos semper. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes, & præ angustia spiritus dicentes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in contemptu, & in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam eorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & sol iustitiæ non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini non cognouimus.
- 2. Tim. 3.* Omnes qui piè volunt in Christo viuere, persecutionè patientur. Peruersi autè homines & impostores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.



**A** *In impiorum manus iusti quoque per sepe traduntur: non ut illi honorentur, sed ut horum Virtus exploretur.*

*Fieri non potest, ut qui probè & ex Virtute viuunt, apud omnes bene audiant. Fieri nequit, ut qui Virtuti dat operam, non multos hostes habeat.*

Chryf.

DE HIS QUI PECVNIAS FOENORI  
dant, & accipiunt. CAP. LXXXVIII.

**B** **S**PECVNIAM mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. *Exod. 22.*  
Viuet frater tuus tecum. Argentum enim tuum non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges. *Leuit. 25.*

Dabis proximo tuo mutuum, quo eum indigere perspexeris. Et non mereberis in corde tuo, cum das ei. Et benedicet tibi Dominus. Non foenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingrediens domum eius, ut pignus auferas: sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante Solis occasum: ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. *Deut. 15.*

**C** Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miserebitur, & retribuet. *Psal. 36.*  
Iocundus homo, qui miseretur & commodat. *III.*

Qui coaceruat diuitias usuris & foenore, in pauperes congregat eas. Pauper & creditor obuauerunt sibi: vtrumque speculatur Dominus. *Pro. 28.*

Nolit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad reddendum collecta. Noli foenerari homini fortiori te: quod si foeneraueris, quasi perditum habe. Mutuam pecuniam da proximo tuo in tempore necessitatis ipsius. Multi tanquam lucrum existimarunt mutuam pecuniam: & exhibuerunt molestiam iis, à quibus adiuti fuerant. Grauius sunt hæc homini haberi sensum, correptio domus, & improprium foeneratoris. *Ecclesi. 4. 8.*

**D** Petenti te da, & volenti mutuare à te, ne auertaris. *Mat. 5.*  
Si mutuam dederitis iis, à quibus speratis recipere, quæ vobis gratia est? nam & peccatores peccatoribus mutuantur, ut eadem accipiant. *Luc. 6.*

*Re vera extrema cuiusdam inhumanitatis est, illum rerum necessariorum penuria laborantem subleuanda vitæ causa mutuam pecuniam postulare: hunc autem sorte contentum non esse, Verum ex pauperis calamitatibus prouentus sibi atque opes conflare. Etenim Christus aperte nobis hoc edixit, Volentem abs te mutuari ne auerferis. At auarus, cum hominem præ inopia ad genua sua prouolutum, supplicentem, nihil non humiliter facientem ac loquentem cernit, indigna ipsius calamitate non commouetur, non naturam considerat, non precibus cedit, sed immotus ac rigidus perstat, non precibus victus, non lacrimis fractus, sed in negatione perseverans, deiecerans, ac cum execratione asserens se in summa prorsus inopia versari, atque etiam circumspicere, num quem, qui sibi mutuetur, nancisci queat, ac iurciurando interposito mendacium confirmans: malum videlicet crudelitatis questum à periurio sibi colligens. At posteaquam is, qui mutuam pecuniam poscit, foenoris meminit, & pignora nominat, tuam demum remisso supercilio arridet, ac fortasse paternam amicitiam commemorat, cumque & familiare, & amicum appellat. Vi debimus, inquit, num quid nobis recodite pecunie sit. Est autem penes me deposita ab amico quodam, qui eam mihi questus causa commendaui. Verum ipse quidem graues ob eam usuras præscripsit: nos autem omnino aliquid remitemus, ac minori foenore daturi sumus. Hæc ille simulans, atque huiusmodi sermone miserum demulcens & inescans, syngraphis eum cõstringit, ac præter egestatem, qua iam premebatur, erepta quoque ipsi libertate discedit. Nam qui foenoribus iis, quæ per solueri non potest, sese deuinxit, perpetuam seruitutem vltro subiit. Heus tu, opes*



D. IOANNIS DAMASCENI

Et proventus ab inope quæris? Si diuitias tuas augete poterat, quid tandem ad fores tuas quærebat? Auxilij nanciscendi causa veniens, hostem inuenit: remedia quærens, in toxicum incidit. Pro eo atque ipsius egestatem subleuare oportebat, tu contra ipsius penuriam conduplicas: id nimirum agens, ut ex eo, qui omnibus facultatibus destituitur, commodum decerpas.

**Fœnerari,** Mendacij origo est fœnerari, ingratitude, perfidie, periurij causa. Non illi noctes quietem ferunt, non splendidus est dies, non sol iucundus: sed vitam ægrè fert: dies, ut ad origo est. prestitutum diem properantes, odit: menses, ut fœnorum parentes, perhorrescit. Si dormiat, in somnis capiti suo imminentem creditorem cernit. Si vigilet, cogitatio ipsius & cura in fœnore defixa est. Creditor enim, inquit Scriptura, & pauper obuiant sibi: visitationem vtriusque facit Dominus. Ille canis instar ad prædam accurrit: hic, velut cæta præda, congressum expauescit. Fiduciam enim ipsi egestas adimit. Vtrique in digitis calculi sunt: illo ob vsurarum incrementum gaudente, hoc autem ob calamitatum cumulum ingemiscente. Bibe aquam de cisternis tuis, hoc est facultates tuas circumspecte. Noli ad alienos fontes proficisci, sed vitæ solatia ex fluentis tuis tibi collige.

**Pro. 29.** Ad alienas fores ne te conferas. Angustus enim reuera est puteus alienus. Præstat studio atque industria lenissimè egestatem mitigare, quam alienis opibus repente subuectum, postea facultatibus omnibus spoliari. Si enim habes unde reddas, quid non præsentem egestatem his subsidiis dissoluis? Si autem unde persoluas, non suppetit, malum malo curas. Noli quam ut committere, ut te creditor obsideat. Noli pati, ut fera cuiusdam instar ad prædam exquiraris, & inuestigeris. Mendacij origo est fœnerari. Alia sunt verba eius, qui pecuniam accipit, & alia eius, à quo ea reposcitur. Utinam tum obuius tibi non fuisset. Iam subsidia, quibus me necessitate liberarem, inuenissem. An non tu mihi inuito pecunias in manu iniiecisti? Suberatam etiam tuum aurum erat, atque adulterini numi. Quocirca, siue amicus sit, qui fœnerat, ne amicitia ipsius iacturam facias: siue hostis, ne te inimico obstringas. Postquam aliquantisper ob alienas opes cristas sustuleris, patrimonio quoque tuo excides. Pauper es nunc? At liber. Vbi autem pecuniam fœnore acceperis, nec diues eris, & insuper tibi libertas adimetur. Creditor enim seruus est, qui fœneratus est, & quidem seruus mercenarius, acerbissimo ministerio fungens. Canes, cum acceperint, leniuntur: creditor autem, cum accipit, acrius incitatur. Nec enim latrare desinit, sed amplius requirit. Si iusiurandum interponas, diffidit: suppellectilem tuam excutit, contractus tuos perscrutatur. Si è domo prodeas, ad se te trahit, ac distorquet. Si autem domi te abditum teneas, pro foribus astat, easque pulsat. Coram vxore pudorem tibi incutit: coram amicis contumeliam infert: in foro præfocat: in festis tibi infaustus occurrit: acerbam denique tibi vitam reddit. At, inquis, ingens me necessitas adigit: nec alia ratione pecunias nancisci queo. Quid autem tibi prodest hodiernum diem differre? Rursus enim paupertas instar celexirimi cursoris ad te fœnus non veniet, & eadem necessitas non sine cumulo adfutura est. Fœneratitia enim pecunia non miseriam hoc affert, ut prorsus incommodis libereis: sed exiguam dumtaxat anxietati tuæ morans tollit, sed producit.

**Fœnus non moratur.** Tis, ni fallor, ob mali fecunditatem ita appellatus est. Vnde enim alioqui? Vel etiam fortasse & is nuncupatur, ob dolores & molestias, quas eorum, qui fœnerantur, animis afferre solet. Quemadmodum enim parturigo ei que enititur, sic etiam prestitutus fœnoris dies debitori astat. Fœnus super fœnus, malorum parentum mala soboles. Quin viperini quoque fœtus vsurarum partus dici queant. Ut enim viperas aiunt ex se materno ventre in lucem edi: eodem modo fœnora ex se debitorum domibus procreantur.

**Vsurarii partus viperini fœtus dici possunt.** Da pecuniam, quam domi conditam habes, nullis eam fœnorum accessionibus grauaris. Sic vtrique bene erit. Nam & tibi tuò custodietur: & is, qui acceperit, lucrum ex vsu consequetur. Quòd si accessionem quæris, ea contentus esto, que tibi à Domino profectura est. Ipse tibi pauperum nomine fœnus persoluet. Ab eo, qui verè benignus est, benigna expecta. Nam que alioqui accipis, nullum extrema crudelitatis gradum post se relinquunt. Ex calamitatibus questum facis, ex lachrimis pecuniam colligis. Eum, qui nudus est, præfocas: eum, qui fame laborat, verberas. Nusquam misericordia: nulla necessitudinis illius, que tibi cum calamitoso homine intercedit, cogitatio animo obuersatur.

Atque



**A** Atque interim ea lucra, quæ hinc ad te redeunt, benigna & humana nominas? Væ qui dicunt amarum dulce, & inhumanitatem humanitatem appellant.

Hecatoſtologi & decatostologi (hoc est centesimas vel decumanas vsuras legentes) nomina vel ipso auditu horrenda, & menstrui exactores, non secus ac demones illi, qui comitiales morbos inferunt, luna quaque vertente pauperes aggrediuntur. Perniciosum vtrique munus, hoc est tam danti, quam accipienti: hunc nimirum facultatum, illum autem danti quæ animæ detrimento efficiens. Agricola, cum spicam acceperit, semen rursus sub radice accipienti non inuestigat: tu autem & fructus habes, nec tamen à veteri sorte abstines. Sine terra plantas sine semente messem facis. Incertum est, cuiam colligis. Quinam sit ille, qui in suris lacrimas fundat, perspicuum est: quis autem ex opibus hinc partis fructum percipurus sit, in dubio est. Incertum quippe est, num aliis opum voluptatem relicturus sis, cum ipse tibi perniciem eam, quæ ex iniustitia oritur, cumulaueris. Quæ cum ita sint, nec eum, qui abs te mutari vult, auerſare, nec rursus pecuniã tuam ad vsuram da: quò tam ex veteri, quam ex nouo Testamento, quæ tibi vtilia sunt, edoctus, cum bona spe ad Dominum abscedas, bonorum operum fœnus illic recepturus.

Fœnus tam accipienti sum est. Disimile

**B** Cum debitores suos homines inuenerint, perinde letitia gestiunt, ac si prædam nacti fuissent: nihilque non faciunt, quò totum auferant. Quòd si per debitorum egestatem id eis minime liceat, tum demum iram pecuniarum causa conceptam in erum. osum miserorum corpus effundunt, ferientes eos & excruciantes, atque innumeris malis afficientes.

Iniquam syngrapham, ô homo, koncerpe, vt hac ratione peccatum tuum soluat. Grauisimarum vsurarum confessionem oblitera: vt terra, ea, quæ consuevit, pariat. Aere enim & auro atque infœcundis rebus præter naturam parientibus, ea, quæ suapte natura parit, sterilis efficitur, atque in habitatorum poenam hac poena mulctatur, vt nullos fructus ferat.

Vsura sterilitatum plerique cause sunt.

**C** Quonam igitur modo alar, dicit aliquis? Manus habes, artem habes. Operam tuam loca, ministra. Multæ parandi victus rationes sunt, multa subsidia. At imbecillitate laboras? Mendica ab iis, qui opibus abundant. At turpe est petere. Turpius certè, cum mutuatris fueris, non reddere. Formica nec stipem petens, nec mutuo accipiens, ali potest: apicula cibi sui reliquias regibus impertit: quibus tamen nec manus, nec artes natura concessit: tu verò homo, animal solers & ingeniosum, nullam ex omnibus artem inuenies, vnde victum tibi compares?

**D** O quantum hominum numerum aliena bona perdiderunt! Quot homines velut per somnum locupletes effecti, grauissimis damnis affecti sunt! At multi, inquis, ob es alienum contractum ad diuitias peruenerunt. Plures autem, vt opinor, laqueo vitam finierunt. Tu verò eos quidem, qui opibus aucti sunt, prospicis: eos autem, qui laqueo mortem sibi conscuerunt non enumeras, qui videlicet repetita pecunia ignominiam non ferentes, suspensio interire potius habuerunt, quam cum probro & infamia viuere. Miserandum spectaculum ego vidi, pueros ingenios paternorum debitorum causa vanales ad forum raptos. Opes filius tuis relinquere non potes? Ingenuitatem ipsis ne insuper eripias. Nemini vnquam patris paupertas crimini data est: es autem alienum à patre cõflatum in carcerem ducit. Ne finas syngrapham, tanquam paternam execrationem, ad filios & nepotes delabi.

Miserum spectaculum.

**E** DE DOMINIS, ET PATRIBVS FAMILIAS: & quòd eos non graues & acerbos, sed lenes iis, quibuscum versantur, esse oporteat. CAP. LXXXIX.



**Q**ui conturbat domum suam, possidebit ventos. Noli esse tanquam leo in domo tua, subuertens domesticos tuos. Si est tibi seruus, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem, sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum. Si læseris eum iniuste, in fugam conuertetur. Et si abiès effugerit, quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

Prov. 11. Eccli. 4. 33.



*Eph. 6.* Domini, eadem facite cum illis, remittentes minas, scientes quia Dominus & ipforum & vester est in caelis. Domini, quod iustum & æquum est, seruis præstate, scientes quòd etiam vos dominum habetis in caelis. E

*Basil.* Pater iniqua seruitute oppressum aliquem seruum tibi reliquit. Fac eum manumittas. Hac ratione, & leniorem ipsi cruciatum reddes, & tibi ipsi veram libertatem cõparabis.

*Na. in* Quis seruus, aut herus? mala hæc est sectio.

*Tetr.* Est fictor vnus, vna lex, iudex quoque.

Sic ergo seruos seruis vt, cernas tuos.

Alius, solutus corpore, vt præstes, vide.

Qui domini dicuntur, opinione duntaxat, non re vera domini existimantur. G

*Nemomor* Nemo, qui quidem creatus sit, verè dominus est, quamuis etiam imperium suum ab or-  
*talii ve-* bis finibus vsque ad fines propagarit. Solus autem ille, qui creatus non est, verè princeps  
*rè domi-* atque imperator est.

*nis dici* Quamuis, vt ipse asseris, neminem premas, verberes, affligas, iniuria afficias: tamen pro  
*potest.* iis, qui tecum versantur, horrendam censuram subibis.

*Nilus.* Ne seruos tuos in prædica fame confice, ô homo: verè enim, quantum te liberalem alienis præbes, atque extorquis, qui à te aliquid petunt, inanis gloriæ causa gratificaris, tantum quoque famulus tuis, ne quid amplius significem, ob Dei gratiam subministra.

DE MAGISTRIS.

CAP. XC.

H

*Esa. 8.*  
*Hier. 15.*



Coe ego, & filij mei, quos dedit mihi Deus.

Hæc dicit Dominus: Si separaueris pretiosum à vili, tanquam os meum eris: & reuertentur ipsi ad te, & tu non reuerteris ad eos.

*Mat. 10.*

Non est discipulus supra magistrum, nec seruus supra dominum suum. Sufficit discipulo, si fit sicut magister eius, & seruo, si fit sicut dominus eius.

*Heb. 13.*

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.

*Basilus.*  
*Na. in*  
*Chrys.*

Docentis auctoritas fidem orationi conciliat, attentioresque discipulos reddit.

Alimonia, eius quoque qui alios nutrit, doctrina est.

Tum maxime bonarum rerum studio inflammantur discipuli, cum magistrorum exempla ob oculos habent.

*Clemens.*

Qui docet, plus discit: & qui verba facit, per sæpe vna cum auditoribus suis ipse quoque audit.

*Philo.*

Doctrinæ signum est virga. Etenim nisi quis pudore afficiatur, ac de nonnullis rebus obiurgetur, fieri non potest, vt emendetur, atque ad meliorem frugem se conferat.

Non vt præceptor docere, ita etiam discipulus addiscere potest. Etenim ille perfectus est: hic autem imperfectus. Ac proinde consideranda est eius, qui eruditur, facultas. K

Auerte, quisquis es qui doces, ac diligenter expende, quam aure vox tua à discipulo excipiat. Stultus enim est, qui ad surdum verba facit, ac stolidus qui lapidem monet. Eodem modo tu quoque peccati reus eris, nisi cum animo tuo perpenderit, quoniam pacto, & quando sapientiæ sermonem promere oporteat.

*Mat. 10.*

Qui gratiam est consecutus, candidè seipsum iis offerre debet, qui discendi cupiditate tenentur: quemadmodum Dominus dixit, Gratis accepistis, gratis date. Nam qui accepit, nec tamen impertit, id quoque quod habet, ab eo auferetur. Nec verò iustis duntaxat, sed etiam peccatoribus gratiam tribuit Deus, vt qui nec inuidia laboret, nec personarum acceptor sit, verum oriri faciat Solem suum super bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos, nec peccatorem negligat, sed ipsi quoque nonnihil gratiæ tribuat. Ac proinde candidè quisque docere debet.

*Mat. 5.*

Qui gratiam est consecutus, candidè seipsum iis offerre debet, qui discendi cupiditate tenentur: quemadmodum Dominus dixit, Gratis accepistis, gratis date. Nam qui accepit, nec tamen impertit, id quoque quod habet, ab eo auferetur. Nec verò iustis duntaxat, sed etiam peccatoribus gratiam tribuit Deus, vt qui nec inuidia laboret, nec personarum acceptor sit, verum oriri faciat Solem suum super bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos, nec peccatorem negligat, sed ipsi quoque nonnihil gratiæ tribuat. Ac proinde candidè quisque docere debet.

DE



A DE CALVMNIA: ET QVOD EAM PE-  
merè excipere non oporteat. CAP. XCI.

**N**ON admittes auditionem vanam.  
Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequerbar.

Exod.  
Psal. 100.

Qui proximum traducit, fraternas carnes comedit, vt qui ipsius existimationi vulnus infligat, atque infinita alia mala per sermonem perpetret. Non in tantum, qui maledicunt, sed in etiam, qui alios obrectantes audiunt, aures obstruere moneo, ac Prophetam imitari, qui ait, Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequerbar. Dic ad proximum, Si tibi amicus est aliquem laudibus efferre ac predicare, aures aperio, atque vnguentum excipio. Si autem quempiam maledictis incessere paras, aditum verbis tuis obstruo.

Chryf.  
Fraternas carnes comedit, qui proximum traducit.  
Psal. 100.

Vitam alienam curiosè perferuari, extremae illiberalitatis est. Quod autem omnium maximè ridiculum est, qui hoc animo præditi sunt, ac nulla rerum suarum cura tanguntur, cum aliquid arcani protulerint, eum, qui audiuit, obsecrant, ac iureiurando interposito obtestantur, ne cui alij deinceps hoc dicat: hinc nimirum perspicuè declarantes, se facinus reprehensione dignum admisisse. Nam si ab eo precibus cõtendis, ne cuiquam alij dicat, multo magis tibi antè providendum erat, ne huic ipsi ea diceret, ac quempiam traduceret, sermonemque, quem tutò retinere oportebat, proderet, ac tum demique salutis ipsius cura afficeret. At suaue est obrectare. Imò verò suaue est à maledictia abstinere. Nam qui maledicta in aliquem coniecit, deinceps in sollicitudine ac suspitione & metu versatur, pœnitentiæque afficitur, ac linguam suam commordet, illud videlicet metuens, ac tremens, ne forte ad alios quoque hic sermo emanet, magnumque ipsi periculum constet.

Qui maledictia abstinere. Nam qui maledictia coniecit, deinceps in sollicitudine ac suspitione & metu versatur, pœnitentiæque afficitur, ac linguam suam commordet, illud videlicet metuens, ac tremens, ne forte ad alios quoque hic sermo emanet, magnumque ipsi periculum constet.

Quemadmodum benedicere, ac laudare, amicitia initium est: eodem modo maledicere & obrectare, odij & similitatis ac sexcentorum malorum origo & causa exitit.

Diaboli, atque à diuina gratia remoti sunt, qui eadem cum illo diabolica peruersitate laborant, Deoque omnino iniusti, atque ab omni felicitate alieni.

Philo.

Quid calumnia peius fingi queat? Auditorum enim aures delinit, atque eorum animos stupore afficit: eosque, qui malis, tanquam præda cuiusdam imminet, ferinos reddit. Qui verò insigni animi prudentia præditi sunt, calumnianti potius, quam ei, qui calumniis expetitus est, infestus se præbent, ei videlicet succensentes, ac per obiurgationis impetum os obstruentes, quoad euidenti testimonio fidem dictis suis astruxerit.

Nihil calumnia sceleratius.

DE NARRATIONE A PRVDENTIBVS  
viris facta, & quod nos ad eas audiendas studiosos ac diligentes  
esse oporteat: contraque à stultorum narrationibus re-  
fugere. CAP. XCII.

ARRAVERVNT mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Psal. 118.

**S**ermonibus sapientum inclina aurem tuam. Homines iustus loquamini.

Pro. 22.

Non te prætereant narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Ne despicias narrationem sapientum: & in pro- uerbiis eorum conuersare. Narratio stulti quasi farcina in

Ecli. 8.

21.

via: nam in labiis sensati inuenietur gratia.

Occlude verbis turpibus ceras tuas.  
Aures, sonisque tantum mollissimis.  
Pateant honestis semper at sermonibus.  
Audere, fari, facere, non distant procul.

Nax. in  
Tetr.

DE IVSTITIA ET VIRTUTE. CAP. XCIII.  
I iij



Pro. 11.



IUSTITIA liberat à morte. In viis iustitiæ vita: iustitia exaltat gentem. Seminanti iustitiam, merces fidelis. Iustitia custodit innocentes. Persequentes iustitiã amat Deus. In exuberanti iustitia fortitudo magna. Via iustitiæ & eleemosynæ inueniet vitam & gloriam. Fructus iustitiæ lignum vitæ. Potestatem dat sermonibus initium iustitiæ. Iustitia irreprehensibiles vias struit. Initium viæ bonæ est face-

21. re iusta. Longitudo vitæ via iustitiæ. Facere iusta, & veritatem dicere, magis placet Domino, quàm victima.

Esa. 32. Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum. Iustitiam discite omnes habitatores terræ: finem enim fecit impius. G

56. Aperite portas, ingrediatur populus custodiens iustitiam & veritatem. Hæc dicit Dominus: Custodite iudicium, facite iustitiam; quia iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur. Beatus vir qui faciet hoc, & filius hominis qui apprehendet istud.

Sap. 1. 8.

Eccli. 27.

Mat. 5.

1. Io. 2.

Iustitia immortalis est. Si iustitiam amat aliquis, labores ipsius sunt virtutes; Si sequare iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi poderem honoris. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

Basili.

Iustitia est habitus, vnicuique, quod meretur, tribuens. Id porro assequi minimè facile est: quòd videlicet homines, partim ob prudentiæ penuriam, qua ratione cuique quod æquum sit, distribuunt, non inveniunt, partim quia humanis affectibus antè obsessi sunt, ius obliterant.

Virtus sanitatis rationem obtinet.

Præstantior est virtus opibus.

Virtutis cultus, tum habenti præclara possessio est, tum iucundum spectaculum iis, qui cum eo versantur.

Naz.

Bonum humanæ naturæ captu haudquaquam facile est, quemadmodum & ignis humidiori materiæ.

Cyrillus

Liberam ab omni metu ac dominatione virtutem esse conuenit. Virtus res est nullius dominio mancipata, sed voluntaria, atque ab omni necessitate libera. Huiusmodi virtutis diuisio est, vt & in omnes, qui ipsius studio flagrant, distribuitur, & singulis integra adsit, nullo scilicet modo propter eos, qui vnâ ipsius particeps sunt, decrescens.

Virt. clau.

da esse nõ

debet.

Metho-

dus.

Chryf.

Clemens.

simile.

Iustitia

quadrata

est.

Didymi.

Philo.

Cauendum est, ne virtus alterutro pede claudicat, verum vtraque parte, hoc est tam actione, quàm sermone, recta & perfecta sit.

Humana natura iustitiam purè in anima perspicere nequit: quippe cuius cogitationes plerumque cæcutiant.

Non locus virtutem, sed virtus locum exornare solet.

Vt in cithara modulatum cantum ab vna chorda efficere minimè sufficit, verum omnes cum numero & concentu apposito peragrandæ sunt: eodem modo in animæ quoque virtute non satis est ad salutem legem vnâ obseruare, sed omnes diligenter exequi oportet.

Iustitia, vt videtur, quadrata est, atque vndique similis & eadem, in sermone, in actione, in abstinentiâ à malis, in bonorum operatione, in scientiæ perfectione, ac denique nullo modo, quam omnino claudicans: ne aliqui iniusta & iniqua appareat.

Iustitiæ perpetua comes est potentia: quemadmodum contra iniustitiam imbecillitas comitatur.

Vitiy excessus virtutis accessum efficit: quemadmodum etiam contra submoto bono malum statim se insinuat.

Si quis virtutes omnes per studium animique vigilantiam tanquam gremio suo inclusas habuerit, hic rex nominandus est, etiamsi aliqui priuatus sit.

De vario



PARALLELORVM LIB. I.  
 DE VARIO AC DISSIMILI STATV  
 hominum. CAP. XCIIII.

53



VEMADMODVM non omnes facies inter se fimiles sunt: sic etiam Pro.  
 nec hominum corda familia.

Non omnia omnibus expediunt: nec omnis anima omni re dele- Eccli. 37.  
 ctatur. Non omnia omnibus conuenire existimandum est.

Non vna esca placet mortalibus omnibus: omni  
 Congrua Christicolæ vita nec vna viro est.

B Vtilis est cunctis fletus, labor, excubiæque,  
 Imperio affectus atque tenere feros:  
 Et tumidum ventrem compefcere, seque Tonanti  
 Subiicere, extremum perque timere diem.  
 Si summum exactè tentas iter, haud homo iam tu  
 Es mihi, verum aliquis de grege cœlicolũm.

Nax. in  
 Car. deu-  
 ta itin.

DE IUSTIS AC PROBIS VIRIS.  
 CAP. XCV.

C



OVIT Dominus qui sui sunt: & sanctos ad se suscepit.

Qui dilectus est à Domino, habitabit confidenter: & Deus glori- Num. 6.  
 ficabit eum omnibus diebus. Deut. 33.

Dixit Dominus ad Samuelem: Surge, vnge Dauid, quia bonus est. 1. Reg. 16.  
 Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen Psal. 36.  
 eius quærens panem. Iusti hæreditabunt terram. Salus iustorum à Domino,  
 & protector eorum in tempore tribulationis. Iustus vt palma florebit, sicut 91.  
 cedrus Libani multiplicabitur. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Ge- 96. 11.  
 neratio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, &c. Exortum  
 est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator & iustus Dominus.

In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Vox exulta- 117.  
 tionis & salutis in tabernaculis iustorum. Dominus diligit iustos. Non fame 145.  
 necabit Dominus animam iusti.

Fons vitæ in manu iusti. Thesaurizatur iustis opes impiorum. Iustorum Pro. 4.  
 femita quasi lux splens procedit, & crescit vsq; ad perfectum diem. Septies 24.  
 in die cadit iustus, & resurget. In bonis iustorum exaltantur ciuitates: & per os 11.  
 impiorũ euertuntur. Probi viri habitabunt in terra: & innocentes relinquuntur 20.  
 in ea. Habitacula iusti benedicentur. Labia virorum iustorum stillat gratias:  
 & è gutture iustorum manant gratiæ. Radices iustorum nõ euellentur. Do-  
 mus iustorum benedicentur. Qui planè cernit, misericordiam consequetur.

E Qui rectè ambulat, timet Dominum. Qui citra reprehensionem in iustitia  
 conuersatur, beatos liberos relinquet.

Bono homini in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam & lætitiã. Eccl. 2.1  
 Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormetum mortis. Vi- Sap. 3.  
 fi sunt oculis insipientiũ mori, & existimata est afflictio exitus illorum, Et ab iti-  
 nere iusto abierunt in exterminium: & quod à nobis est iter exterminij: illi autem  
 sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortali-  
 tate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tenta-  
 uit eos, & inuenit illos dignos se. Tanqu m aurum in fornace probauit illos, &  
 quasi hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Iusti autem in 5.  
 perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum ap-  
 pud Altissimum. Idè accipient regnũ decoris, & diadema speciei de manu Dei:  
 quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet eos. Iustus, si 4.



inorte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Gratia & misericordia est in electis eius, & visitatio in sanctis eius.

*Ecli. 35.* Sacrificium viri iusti acceptum est Deo.  
*Mat. 12.* Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.

*Na 7.* Præstat à iusto cædi, quàm à malo honore affici.  
Nullas alias opes esse sapiens arbitratur, quàm virtutis possessionem: nullam aliam nobilitatem, quàm coniunctionem & familiaritatem cum Deo: nullam aliam dignitatem, ac potentiam, quàm principatum in seipsum tenere, nec humanis calamitatibus succumbere. Vita huius corporeæ diuturnitatem ægre fert: ac velut qui per mare graubus ærumnis cōfluctantur, ad resurrectionis portum peruenire festinat.

*simile.* Quemadmodum fragrantia vnguenta propinquum aërem suauitate sua perfundunt: sic etiam probi viri præsentia iis, qui propius cum eo versantur, emolumentum affert.

DE HOMINE BILINGVI. CAP. XCVI.

*Ecli. 5.* **Q**ONDEMNATIO pessima super bilinguem. Omnis peccator inuidus & bilinguis ignominiam habebit. Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua duplex multos commouit, & disperfit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Lingua duplex mulieres viro copulatas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat.

DE IUDICIBVS INCORRUPVIS, ET  
puras manus habentibus, ac iustitiæ munere fungentibus. CAP. XCVII.

*Exod. 23.* **N**SONTEM & iustum non occides, & impium non absolues. Viduæ & pupillo non nocebitis. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum accipies sententiæ, vt à vero deues. Non accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Pauperis nō misereberis in iudicio. Non peruerteris iudicium pauperis in lite ipsius. Non facietis iniustitiam in iudicio.

Non accipies personam pauperis, nec admiraberis faciem potentis. In iustitia iudicabis proximum tuum. Eadem iustitia erit aduenæ & indigenæ. Non accipietis redemptionem animæ ab homicida. Qui reus mortis est, hūc morte afficies.  
*Deut. 16.* Quod iustum est, iuste persequeris. Non agnosces personam in iudicio. Paruo & magno æquè iudices. Non reuerberis faciē cuiusquam, quia iudicium Dei est. Non declinabis faciē aduenæ, nec pupilli, nec viduæ: nec oppignerabis vestem viduæ. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animā sanguinis innocentis: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ: & dicet omnis populus, Amen.

Discite: & non sit iniustitia: & cum iusto conuenite.  
*Iob. 32.* Qui puris est manibus, fiduciā assumat. Iniustos & iniquos iridebit. Hominem non erubescam, nec mortalem reuerbor. Neque enim scio admirari hominem. Sin secus, tineæ me arrodant.

*Psal. 14.* Munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc, nō mouebitur in æternum. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

*Pro. 31. 15.* Aperi os tuum, & omnes iuste iudica. Qui munera odit, salutem consequetur. Pretiosa res est vir purus. Reuereri faciē iudicio non est bonum.

*Hier. 9.* In hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio



**A** facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra.

Dixit Samuel ad vniuersum Israël: Loquimini de me coram Domino, & coram christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quompiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. 1. Reg. 13.

Dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbu hoc, & no petisti tibi dies multos, nec diuitias, nec animas inimicorum tuoru, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, ecce dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te 3. Reg. 3.

**B** surrecturus fit.

Hac dixit, Filius meus viuus, & filius tuus mortuus est. Et ista respondit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autē viuus. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladiu. Cumque attulissent gladium coram rege, Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam parte vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro, domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi fit, sed diuidatur. Respondit rex, & ait, Date huic infantem viuum, & non occidatur: hac est enim mater eius. Ibidem.

**C** ne opprimatis. Iustum iudicium iudicate. Viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem

Hac dicit Dominus: Custodite, & facite iustitiam. Beatus qui facit hac, & qui apprehendet istud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Illic sapientia & pietas erga Deum: hi sunt thesauri iustitiæ. Benedicet te populus pauper, & ciuitates hominum iniuria affectorum benedicent te. Factus es enim omni ciuitati abiectæ adiutor, & iis, qui mœrore propter egestatem confecti erant, protectio. A malis hominibus libera eos, protectio sitientium. Et spiritus hominum iniquè oppressorum benedicet te. Zach. 7. Esa. 56. 1. Ibid. 25.

**D** nu calumniatis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & no fit qui extinguat. Aduenam & pupillum & viduam ne opprimatis: nec impie agatis, & sanguinem innocentem effundatis. Hier. 22.

Iniustitiam & ærumnam auferte, iudicium & iustitiam facite. Tollite oppressionem à populo meo, dicit Dominus. Infontem & iustum non occides. Ect. 45.

Non est apud veritatem acceptio personarum. 2. Par. 17.  
Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Accipiet pro armatura zelum suum: induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile æquitatem. Sap. 4. 5.

**E** minus Deus pugnabit pro te. Inter innocentes ne des labem. Ne accipias personam aduersus animam tuam. Ne contra faciem stes contumeliosi. Erue eum, qui iniuria afficitur, de manu iniuriam inferentis: & ne in iudicando pusillanimum te præbeas. Priusquam interroges, ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iustè. Sine iudicio nihil facias. Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Eccl. 4. 8. 11. 33. 32.

Vis non timere potestatem? fac bonum: & habebis laudem ab illa. Rom 13.  
Qui facit iustitiam, iustus est, quemadmodum & ille iustus est. Omnis qui non facit iustitiam, non est ex Deo. 1. Jo. 3.

*Si gloria cupiditate flagras, ac supra vulgus elucere, atque in mundi negotiis splendorem assequi cupis, iustitia, temperantia, prudentia, fortitudini stude, atque in certamini* Basiliens.



bus pro pietate susceptis tolerantē te prabe. Sic enim & te ipsum seruabis, & ob maiora bona maiorem claritatem adipisceris.

Iusta animi affectionis argumentum est iudicandi integritas.

Hom. in princip. Prou.

simile.

Ad hoc ut veram iustitiam quispiam intelligat, magnum sanē ingenium ac summa mentis perfectio requiritur. Neque enim fieri potest, ut quisquam de controuersis rectē atque integrē pronunciet, nisi prius iuris doctrinam perceperit. Nam qui veram iustitiam callet, ac per eam suum cuique tribuere didicit, is demum iudicium dirigere potest. Quē admodum enim sagittarius telum ad scopum dirigit, nec committit, ut vel ultra vel citra conitendo, vel in alterutram partem deflectendo, ab ea meta, quam sibi proposuit, aberret: eodem etiam modo iudex tum denique ad ius & equum collimat, cum personarum rationem non habet, nec per animi propensionem quicquam facit, sed recta & integra iudicia profert. Ac duobus apud eum causam dicentibus, nempe altero qui plus aequo habeat, altero qui minus, stat iudex, eos inter se exaquare, tantumque ei qui exuberat adimens, quantum ei, qui iniuria afficitur, deesse comperit.

Ho. hab.

Qui planē cernit, misericordiam consequetur. Quid igitur, inquires, si terra naturam in Lacis. haudquaquam planam & aquabilem videro (qualis enim ipsa est, talis quoque cernatur neesse est) hoc nomine condemnabor? At tu sublimius consideres velim. Adstant mihi diuersi fratres, unus pauper, alter diues, vnus peregrinus, alter familiaris, vel te iudice duplicatur. sceptrauri, vel ope tua & liberalitate opus habentes. Si pro tribunali sedes, ne commiseris ut inaequaliter cernas, hoc est diuitem excelsum, pauperem autem abiectum. Si pro foribus tuis adstet aliquis, tecum agens, ut ipsius necessitatibus subuenias, ne sic quoque inaequaliter prospicias, ac dicas: Hic amicus, hic cognatus, hic de me bene meritus: ille peregrinus, alienus, ignotus. Si inaequaliter aspexeris, misericordiam haudquaquam consequeris. Planē intueri. Natura vna est: vterque homo est: vna eademque necessitas, eadem in vtroque indigentia. Da & fratri, & peregrino. Sic te compara, ut nec fratrem tuum auerferis, & peregrinum fratrem tuū efficias. Amicum ab alieno ne distinguas, ipsius necessitatibus subuenias. Vult Deus te egentium consolatore esse, non personarum acceptorem, nec cognato quidem dante.

Omnes ho-

mines fra-

tres sunt.

spiritualem patrem dixeris, coelestis est: si terrena quaesieris, mater terra est, atque ex vno eodemque luto compacti omnes sumus. Quocirca & soror natura carnalis, & soror natiuitas spiritualis, eundem tibi a primo homine sanguinem fert, eandem tibi gratiam a Domino conciliat. Ac proinde fac planē cernas, ut misericordiam inuenias. Ne dixeris, Hic diues est, atque honore dignus: ille pauper, ac contemnendus, nec per huiusmodi praecellentias honores inique distribuas. Est enim diues medax, diues rapax & fornicator, ac contra pauper iustus. Ob id que ne ad externum splendorem oculos adicias, sed in occultum ingrediēs, illic discrimina partiaris. Eum, qui res eximij pretij possidet, honore affice. Vtrum est duobus praestarius? Vtriusne, an opes? Quid ab externis censuram facis, nec ea quae abdita sunt nis homines excutis? An non vides Bel illum externē quidem areum, internē autem merum lutum esse, sub fulgenti are delirescens? Si homines in hac vita splendidos atque illustres videris, sic habeto, eos are quidem vndique fulgere, intus autem lutum esse. Contra plerique sunt, qui aurum intus habeant, extra autem testam gerant. Hic est thesaurus testaceus, vase cooperitus. Hic pudicitiam colit: ille scortatur. Vter ditior? Isne qui castitate praeditus est, an qui pecunias iniquis rationibus collectas habet? Illius memoria nullo modo auferri potest: huius opes caduca sunt, ac tempore peritura. Illud fur effodere non potest: hoc hodierno die floret, crastino marcescit. Quae cum ita sint, planē perspice, hoc est aequē vtrūque simul: sic tamen, ut eorum, quae insignis pretij sunt, distinctionem minimē deleas. Sic fiet, ut tibi misericordia impertatur.

Ab exter-

nis homi-

nes censeri

di non

sunt.

Beli simi-

les quina

sint.

Na. 7. 7.

Orat. ad

ciues

Na. 7. 7.

Sic fratrem tuum examina, tanquam tu quoque eadem mensura iudicandus sis.

Date operam, ut eruditio iustitiae vobis, non mortis instrumentum sit.

Scito te quoque iudicium subiturum, qui iudicis munere fungeris. Ita fiet, ut minus pecces. Coram omnibus benignitatem impende, qua Deus impensius delectatur, quam aliis omnibus rebus.

Lenitatem terrori admisce: minas spe tempera. Multa quoque benignitatem efficere comperimus



**A** compertum habeo, ut quæ ad debitam gratiam referendam homines moueat: cum uimirum in supplicij inferendi potestate veniam dantes, eum, cui ignouimus, uelut pudore quodam ad beneuolentiam nostram pertrahimus.

*Alijs nocendo robur haud monstra tuum:*

*Verum iuuando, si Deum sequi cupis.*

*Est eius istud, qui suum norit genus.*

*Facile at necarint, & trygon, & scorpius.*

*Ne repente feriamus (non enim id conducit) verum ijs, qui peccant, terrore castigatis, tum demum id agamus, ut humanitate atque clementia superiores simus.*

**B** queat, tum demum, quanta cum autoritate uoluerit, omnes eos, quibus preest, uel punire poterit, uel ipsis ignoscere.

*Qui iudicis partibus fungitur, hic reo dominetur necesse est.*

*Hoc iudex nosse debet, se diuini iudicij administrum esse: nec in arbitrio suo ac potestate positum esse, ut pro libitu sententiam ferat, ac reis admissa flagitia remittat.*

*Imperium administrabo, ut bonus antistes, non ut tyrannus. Etenim nominis honore contentus ero: at consilium in quouis negotio cunctis dabo.*

DE NUMMARIIS IUDICIBVS, ET INIQVE  
iudicantibus. CAP. XCVIII.

**C** GNIS exuret domos eorum qui munera suscipiunt. Ira super impios erit ob impietatem munerum quæ acceperunt.



Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia. Si uerè utique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Usquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum fumitis? Iudicate pupillo & egeno, &c.

**D** isperdit seipsum qui munera accipit. Qui accipit dona in sinu iniquitatis, non dirigentur uia eius. Victoriæ & honorem acquirit, qui dat munera: animam autem possidentium auferit. Argentum, quod cum dolo datur, perinde ac testa reputandum est.

Qui iniustum iustum, & iustum iniustum pronunciat, immundus & abominabilis est Domino. Qui dicit impio, iustus es, maledictus populis erit, & exosus inter Gentes.

Vendidit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & uiam humilium declinant.

Quid siluistis impietatem, & iniustitias eorum uindemiastis? Cadent principes eorum gladio propter inscitiam linguæ suæ.

Heu, anima mea, quia perit sanctus à terra, & rectus in hominibus nõ est. Omnes in sanguine iudicant, uir fratrem suum ad mortem uenatur. Malu manuum suarum dicunt bonu: princeps postulat, & iudex pacificos sermones locutus est.

**E** Vos declinastis de uia, & multos imbecilles reddidistis. Et ego dedi vos contemptos in omnibus Gentibus, pro eo quòd accepistis munera in lege.

Factum est iudicium, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit usque ad finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum.

Principes eius in ea sicut leones rugientes: iudices eius sicut lupi Arabia.

Principes tui infideles, socij furum, Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad illos. Dabo pueros principes eorum: & illufores dom nabuntur eis. Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi fauilla



crit, & germen eorum quasi puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israël blasphemauerunt. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? Ad cuius auxilium confugietis? & vbi derelinquetis gloriam vestram? Quid vos iniuria afficitis populum meum, & faciem pauperum confunditis?

Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem.

Hier. 1.5. In manibus tuis inuentus est sanguis animarum innocentum. Causam viduæ non iudicarunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusmodi non vlsciscetur anima mea? Oculi eorû non boni, nec corda eorum recta: sed ad auaritiam, & ad effundendum sanguinem innoxium, & ad calumniã, & iniustitiam, & ad cædem faciendam. Humiliaisti sublimem, & exaltaisti humilem. Iniustitiam hanc reputabo, dicit Dominus.

Ezech. 22. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & auarè lucra sectanda. Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento. Inter sanctum & inter prophanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt. Animæ populi mei deprauatæ sunt, & capiebant animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficeret animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt.

Iudicium durû in his qui præsumunt fieri: fortiorib' autè fortior instat cruciatio.

Xenia & dona excæcant oculos iudicum.

Inexcusabilis es, ô homo, qui iudicas. In quo enim alterum accusas, te ipsum condemnas. Scimus autem, quia iudicium Dei est in veritate aduersus omnes qui talia agunt. Putas autem quòd tu effugies iudicium Dei?

Qui veram iustitiam in animo suo antè insidentem non habet, sed aut pecuniis corruptus est, aut amicitia fauet, aut inimicum vlsciscitur, aut potentia & autoritate commouetur, iudicium dirigere non potest. Ad quem Psalmista dicturus est, Si verè utique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum.

Hoc plerisque iudicibus hac tempestate accidere videmus, vt sublimibus viris magna flagitia promptius condonent, quam minima humilibus & abiectis.

Extrema est miseria, non robori suo, verum aliorum imbecillitati confidere.

Idem possunt principes, qui opinionè veritati anteposunt, quod prædones in solitudine, Voluptatis potius quam virtutis amatores extiterunt, segnitieque & inertia torpuerunt, nec imperij decus à reprehensione liberum conseruarunt.

Forensia studia variis peccatis subministrant, innumera videlicet patrociniã ijs, qui iniuriam aliis inferunt, nanciscentes.

Et in principes, & in iudices, accuratissimè inquiretur. Atque cognoscetur, an ius corruerint, an vel gratia ducti, vel odio commoti, litigantibus sententiam tulerint: an verborum illecebris deliniti, remissiores, quam oportebat fuerint, an maleuolo animo atque ultionis cupido, ijs qui nihil sceleris admiserant, calumnias struxerint.

Iniquus index contaminata est conscientia.

## DE PROBIS SERVIS. CAP. XCIX.

Pro. 17.14



ERVVS prudens dominabitur stultis dominis. Serua sapienti prosperi erunt actus: & dirigetur via eius. Sapientes serui dominis mutuabunt. Dulcis est somnus serui, siue parum, siue multum comedat.

Non



**A** Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: non defraudes illum libertate. Seruo sensato liberi seruiunt. *Ecli. 7.*

Serui, obedite dominis vestris secundum carnem, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, tanquam Christo, non ad oculum seruientes, tanquam hominibus placentes, sed tanquam serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum beneuolentia seruientes, sicut Domino & non homini: sciētes quod vnusquisque quod fecerit bonū, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. *Eph. 6.*

Serui, obedite dominis vestris secundum carnem, non ad oculum seruientes, tanquam hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Dominum. *Col. 3.*

**B** Quodcunque facitis, ex animo facite, tanquam Domino & non homini: scientes quoniam à Domino accipietis retributionem.

Quicumque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Dei & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant quia fideles sunt, qui beneficij participes sunt. *1. Tim. 6.*

Serui, subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantū bonis & moderatis, sed etiam dyscolis. Hæc enim est gratia apud Deum, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiens iniuste. *1. Pet. 2.*

**C** *Serui quid autem, maxime qui sunt pij?  
Heris amice seruiant illi suis.  
Seruos herosque vita sola factitat.  
Seruiuit: at nos Christus exemit iugo.*

*Na. in  
Ter.*

DE MALIS SERVIS. CAP. C.

**S**ERVVS durus sermonibus non eruditur. Quamuis enim intellexerit, non tamen obediēt. *Pro. 29.*

**D** Cibaria & virga & onus asino: panis & disciplina & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit requiē: laxa illi manus, & quærit libertatem. Iugum & lorum curuāt collum durū: & seruum inclināt operationes assiduæ. Seruo maleuolo tortura & compedes: mitte illum in operationem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. *Ecli. 33.*

Serui improbi ne verearis latera cruentare.

*Malorum seruorum est herile imperium reijcere, atque aduersus dominationem insurgere, eumque qui liber est, in eundem secum seruilem ordinem redigere.  
Nullus ita insanit, vt seruus, qui domina aduersari non veretur.* *Na. Philo.*

DE MOROSIS. CAP. CI.

**E** **V**erum qui nullis sermonibus delectantur.

**V**erum qui nullis sermonibus delectantur. Cui assimilabo homines generationis huius? Similes sunt pueris in foro sedentibus, & alloquentibus se inuicem, ac dicentibus: Cantauimus vobis, & non saltastis: plorauimus, & non fleuistis. Venit enim Ioannes Baptista, neque manducans neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, amicus publicanorum & peccatorum. *Amos. 7. Luc. 7.*